




A-5

208 c

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



A-5
208 c

CHARTREUSE de **ROME**

✠ Sainte-Croix & Sainte-Marie-des-Anges ✠

(PROVINCE DE SAINT-BRUNO)

Documents tirés des Archives Vaticanes

Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

Documenta de Cartusia Romana



quae fuit in Sta Cruce Hierosol. ab a.º 1370 ad 1561,
et in Sta Maria Angelorum ab a.º 1561 ad 1884.

Arch. Vatic. Fondo-Cartosini, pergamen. n.º 3. —

— 1398, 19 Junii —

Venditio pratorum facta Cartusiae Stae Crucis a
capitulo Lateranensi.

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCC.
LXXXVIIIº, pontif.º d.º Bonifacii pape IXº, indict. VI,
mensis Junii die XIXº.

est an-pontif.º
d.

In presentia mei notarii et testium subscripto-
rum.. convocatis et congregatis canonicis et capi-
tulo Lateranen. ecclesie S. Johannis de Urbe in loco
capituli soliti dicte ecclesie.. de licentia, autorita-
te et mandato Ven.º viri d. Dominici Vallerani
canonici dicte ecclesie et vicarii in Christo des.
patris et d. d. Francisci Cardinalis Monopolitani ar-
chiepiscop.º dicte ecclesie, ac etiam.. religiosi viri
d. Augustini Petri Orsiani de Perleoniibus canonici
dicte ecclesie et prioris dicti Cap.º unanimiter.. at-
que capitulariter, videlicet ipsi dd. vicarius, et prior
.. tanquam ipsi et canonici prefati et etiam nomine
suis quibus supra, d. Petrus de Romanis, d. Angelus M.
Lamerenda, d. Johannes Nicolai, d. Antonius de Philipp-
pini, d. Johannes de Baradis, d. Antonius de Augusta
d. Oddo de Sordis, d. Johannes de Montenigro omnes

canonici dicte Lateranen. ecclesie et facientes cap^{lum} predi-
 ctum.. ex parte una, et ven^{les} viri d. fr. Benedictus de
 Ravello prior conventus mon^{ri} ecclesie S.^{te} Crucis in
 Iherusalem de Urbe, Ord.^{is} Cartusien. dicto nomine, et
 fr. Bartholomeus de Palo Apulie, procurator, syndicus,
 et yconomus dicti conventus ex alia.. narraverunt et
 affirmaverunt dicti dd. can^{ci} et cap^{lum}.. ac.. iuraverunt et
 pro vero posuerunt, dictis priori et procuratori dicti
 conventus.. presentibus et audientibus, quomodo ipsi de
 certis petis terrarum dicte eccle. Lateranen. infrascri-
 ptis, fecerunt locationem perpetuam seu in emphyteosim
 dationem d. Jacobo de Chedallinis canonico basilice principis
 Apostolorum de Urbe, tamen nomine suo proprio, pro cer-
 ta parva.. mercede vel censu.. et quomodo dictus d. Ja-
 cobus dictis canonici et cap^{lo} tunc pro certis eis incum-
 bentibus debitis.. mutuavit DC flor. auri,.. et quomodo
 ex causa dicti mutui dicta locatio seu in emphyteosim da-
 tio facta ut supra fuit per dictum Lateranen. cap^{lum}
 dicto d. Jacobo pro dicta tam modica mercede seu canone
 de terris predictis et infrascriptis, quas etiam pro dictis
 mutuo et locatione.. dictus d. Jacobus obligata et pigno-
 rata adhuc tenet. Que terre sunt videlicet: tria
 petra terre dicte ecclesie, que prata vocantur posi-
 ta extra portam Lateranen., quorum unum est XVIII
 rubrorum plus vel minus.. cui ab uno latere est terri-
 mentum castalis S.^{te} Crucis predictae, ab alio est te-
 nimentum dicte Lateranen. eccle., ab alio est cursum
 aque qui dicitur = Marana, ab alio est via que
 dicitur: la capo croce di Loreto: - Aliud vero petrum
 est unius rubrate plus vel minus.. cui ab uno
 latere sunt vinee et proprietas vinearum dicte

eccl.^e Lateranen., et a duobus alijs lateribus sunt teni-
 menta dicti casalis eccl.^e S^{te} Crucis, ab alio est dicta
 via que dicitur La capo croca di Loreto. Et aliud vero
 petium terre est unius uebrate plus vel minus.. quod
 .. incepit ipse d. Jacobus pastinare et colere ad vineam,
 quod positum est ut supra extra dictam portam Lateranen.,
 cui ab uno latere est terra et proprietas vinee unius
 petie vel duorum petiarum.. dicte eccl.^e Lateranen.. ab
 alio est tenimentum eccl.^e S^{te} Crucis, ab alio est ter-
 ra eccl.^e S^{te} Marie Incaugiatore, ab alio est terra vi-
 neata dicte eccl.^e Lateranen., Item et una vel due
 petie terre vineate.. in quibus habet vites ad quar-
 tam rodendum dicte Lateranen. eccl.^e Cuius Justoli,
 que posite sunt extra dictam portam Lateranen..
 cui ab uno latere est terra vineata dicte eccl.^e Latera-
 nen., ab alio.. est etiam vinea dicti Cuius Justoli, ab
 alio est tertium predictum petium terre in quo dictus
 d. Jacobus pastinare incepit.. Item et curaverunt
 et affirmaverunt.. dicti canonici et cap.^{lum} Lateranen. di-
 ctis priori et procuratori dicti mon.ⁱⁱ S. Crucis, quomodo
 ipsi dictis DC florenis non solum indigent pro extenna-
 tione et liberatione dictarum terrarum a dictis pi-
 gnoratione et obligatione, .. pro relaxatione et resigna-
 tione dictarum terrarum, ac pro revocatione.. dicti
 contractus dicte perpetue et dampnose locationis et
 in emphiteosim dationis, a qua discedere intendit dictus
 d. Jacobus si sibi de dictis DC flor. satisfiat; verum etiam
 indigere se affirmaverunt DCCC alijs florenis auri pro
 reparatione tecti ipsius Lateranen. eccl.^e de pluribus
 incaballaturis, quibus deficientibus descuberta est in
 magna parte navis dicte eccl.^e que dicitur titulus

versus partem meridianam .. tum pro relevatione cam-
pane fracte dicte eccl.^e que in terris et solo dicte eccl.^e
fracta iacet .. et tam etiam pro quibusdam extolven-
dis debitis dicte eccl.^e s. Iohannis .. ex necessarijs causis
dicte ecclesie ... Et cum ipsi canonici et cap.^{lum} non
habeant pecunias neque fructus ad presens .. et sic
pro predictis oporteat eos, res et tenimenta infra-
pta vendere .. in summa quindecim centinariorum flo-
renorum; et non invenerint personas quibus dicta
.. tenimenta magis sint accomoda quam conventui
s^{te} Crucis predicto, pro dicta eius ecclesia, qui protanto
fuit et est is qui magis et maius obtulit de huius-
modi venditione pretium, et que etiam eccl.^a s^{te} Cru-
cis est adeo locus tam pius; et religiosi sunt fratres
eius, quod eis apparet merito potius vendi et tra-
di debere tenimenta predicta dicte eccl.^e s^{te} Crucis,
et dictis priori, procuratorique dicte eccl.^e conventus
pro ea, quam alicui alteri persone vel loco. Et
quomodo dicti canonici et cap.^{lum} de dictis .. venditione
.. traditione; causis .. et rationibus .. fecerunt .. tres tracta-
tus .. et discussiones, .. per quos .. patet semper .. dictos
canonicos et cap.^{lum} Lateranen. se liberasse .. hanc venditio-
nem et .. traditionem fiendam esse, et fieri debere di-
ctis infrascriptis emptoribus .. ex causis et rationibus
predictis, prout .. patent publica instrumenta .. manu
.. Iohan^{is} Petri Berte notarii publici. Quibus omnibus pre-
dictis prearratis affirmatis .. per dictos canonicos et cap.^{lum}
Lateranen., dictis procuratori et priori dicte eccl.^e s^{te} Crucis
presentibus et acceptantibus .. dicti canonici et cap.^{lum} dicte
Lateranen. eccl.^e vendiderunt et .. tradiderunt .. dicto difra-
tri benedicto de Ravello priori dicti conventus s^{te} Crucis

in Ierusalém de Urbe, et dicto fratri Bartholomeo procuratori
 eiusdem conventus .. nominibus
~~et vice dictae eccl. s. Crucis~~ et vice dictae eccl. s. Crucis
 et fratrum et conventus dictae eccl. pro ea, idest dictas
 tres petias [sic] terrarum que prata vocantur.. [etc.
 ut supra] cum omnibus et singulis earum, iuribus, usi-
 bus et pertinentiis .. liberas .. ab omni cenfu .. servitu-
 te et obligatione alterius .. Et per d. Jacobum de Chedallinis
 supradictum .. mandaverunt dicti venditores
 .. dictos priorem et procuratorem dicti conventus, de
 predictis terris .. venditis .. investire debere .. Nam au-
 tem venditionem .. fecerunt dicti venditores .. pro pretio
 .. quindecim centenariorum florenor. auri, ad rationem
 XLVII solidorum provecq. senatus pro quolibet floreno,
 quos quidem XV centenarios florenor. auri et pretium
 predictum dicti venditores et capitulum dicte Lateranens
 eccl. presencialiter .. receperunt in pecunia numerata,
 videlicet DCC florenos auri .. de pecuniis dicti conven-
 tus .. quos ipsi prior et procurator .. affirmaverunt excep-
 se et habuisse a Laurentio de Mustbianis, dicto alias
 Lamoracto, de regione Columpne, pro pretio venditionis
 facte eidem Laurentio, per ipsos priorem et procurato-
 rem ac totum conventum dicte eccl. s. Crucis, de qua-
 dam pedica seu balsolo quodam terre vocato Logirido,
 posito extra portam Latinam iuxta terminum casalis
 hereditum quondam Pauli Battardelle .. et alios fines.
 Et alios DCC florenos ab eisdem emptoribus .. receperunt
 pro residuo totius dicti pretii .. dicti venditores et cap-
 lateranen., idest a dicto d. Jacobo de Chedallinis de sua
 .. pecunia, solvente nomine et vice .. dictorum prioris et
 procuratoris dicti mon^{ri} .. s. Crucis animo eis mutuandi
 dictam quantitatem .. quos DCC flor. auri .. ipse d. Jacobus

6

mutuavit dictis priori et procuratori.. recipientibus, et
se et dictam eccl. S.^{te} Crucis et eius conventum obligan-
tibus pro dicto mutuo.. De quibus itaque XV centi-
narij florenor. et pretio predicto.. dicti venditores
et capitulum dicte eccl.^e Lateranen. .. vocaverunt sese
.. bene contentos quietos et pacatos, ac dictis priore et
procuratore dicte eccl.^e S.^{te} Crucis. [omittuntur et aliae con-
suetae formulae]

Actum Romae in dicta Lateranen. ecclesia, in loco
solito et soliti capibuli dicte Lateranen. ecclesie, presentibus
hij testibus, videlicet d. Jacobo Montano Butii taber-
narii de regione Parionis, d. Paulo de Fresolano, Re-
ctore eccl.^e S.^{ti} Salvatoris de Lauro, et presbytero an-
thonio Pichardo beneficiato dicte Lateranen. ecclesie.

Ego Petrus Pantaleo Romanus civis, prefectura au-
toritate notarius publicus, quia predictis interfui, ea-
dem omnia scripsi et publicavi rogatus, signum ^{aque} meum
apposui consuetum.

" " "

Immediate sequitur, cancellatio et abolitio instrumenti
perpetuae locationis sive emphiteusis supradictarum terrarum
petiarum terrae, quam locationem sive emphiteusim ideam
Capitulum Lateranense concesserat suprascripto Jacobo de
Chedallinis. — Actum ut supra, idest an. 1398, die 17 Junii.

J. H.

Ultimo loco sequitur, renunciatio facta eid. Capitulo La-
teranen. a Jacobo de Chedallinis praedicto, purum et actio-
nium sibi competentium contra, ^{idem} Capitulum ex causa DC.
florenor. auri eid. Cap.^{lo} dudum a se mutuatum, quae
summa nunc eid. Jacobo a Cap.^{lo} ipso retributa fuit post segue-
ram emptionem dictarum petiarum terrae per conventum mon-
ast.^{is} S. Crucis in Jerysalem. — Actum anno suprad. 1398, die ead. 17 Junii.

J. H.

Arch. Vat. Fondo Certosini, pergamen. n. 4.

— 1399, 15 Januarii.

Contensus Cardinalis Stae Susannae archipresbiteri Stae
Joannis Lateranensis venditioni supradictae —

(Huius instrumenti tenor continetur.)
H.

Reg. Vat. Martini V, lib. III de Curia, n. 353, fol. 256.

— 1421, 2. Octobr. —

M. de Pijj-
de Curia-

Martinus etc. Dilecto filio Urbano de Florentia clerico
Reddito Hospitanti in domo Sancte Crucis de Urbe, Cartu-
sien. Ordinis, iuxta morem et consuetudinem Ordinis
antedicti, salutem etc. Cum carissimus in Christo fi-
lius noster Henricus Rex Anglie illustris, ob non-
nullas laudabiles causas, cum devotione tua collo-
quium habere desideret, et ob hoc nobis suis lit-
teris conscripserit ut te ad presens in Urbe exi-
stentem ad sue serenitatis presentiam mittere digna-
remur. Nos prefati Regis iustis ac pijs desideriis
grato assensu complacere volentes, tibi ut ad pre-
sentiam serenitatis ipsius te conferas, ibi ad sue
voluntatis arbitrium permanens, plenam et
liberam presentium tenore licentiam elargimur,
devotioni tue predictae nichilominus ut ad ipsum
efficias per apostolica scripta in virtute obediencie
inviungentes, ac mandantes expressim dilectis fi-
liis. Maioris Domus Cartusien. ac prioribus alijs
et ceteris Cartusien. Ordinis ut te premissa libera
efficere omni impedimento cessante permittant,
Constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudini-
bus dicti Ordinis et alijs in contrarium facientibus
nequaquam obstantibus.

Datum Rome apud sanctam Mariam Maiorem
VI nonas Octobris, pontificatus nostri anno IV.

Collation. per me Ay. Gerbasii.

N. De Carbonibus.

Reg. Vat. Martini V. n.º 353, fol. 328.

— 1422, 14 Februar.

Martinus etc. Ven.^{bus} fratribus universis et singulis patriarchis, archiep.^{is} etc. salutem etc. Cum pro aliquibus nostris et Romane ecclesie negotiis dilectum filium fratrem Urbanum de Florentia Ord.^{is} Cartusien. professorem presentium exhibitorum ad regnum Francie et alias ultramontanas partes presentialiter transmittamus, nos ipsum plenaria securitate gaudere optantes, universitatem vestram et vestrum singulos requirimus et hortamur in domino, nostris et ecclesie Romane subditis districte precipiendo mandantes, quatenus prefatum fratrem Urbanum cum uno socio seu servitore, equis et alijs rebus ac bonis quibuscunque per civitates terras opidas.. et loca nostra atque vestra quecumque tam per terram quam per aquam transire stare.. et redire libere.. absque solutione pedaggi, gabelle, .. vel cuiuscunque alterius oneris seu impositionis exactione.. permittatis.. quinimo.. de securo transitu et recepta ac scorta, si opus fuerit, sic liberaliter providere, eumque in quibuslibet occurrentibus necessitatibus recommissum habere velitis, ob nostram et.. sedis [apostolice] reverentiam, quod exinde possit vestra devotio apud nos et sedem eandem non immerito commendari, nostramque exinde et eiusdem sedis benedictionem et gratiam consequi mereamini. Presentibus post sex menses a data presentium computandos minime valituris.

Datum Rome apud sanctum Petrum XVI Kalen.
Martii Anno V.

~~Arch. Vatic. Fondo Certosini - Pergamen. n. 5.~~

~~1399 XIX Januarii.~~

~~Consensus Cardinalis The. Luxemburg et Archiepiscopi de
S. Romanae Lateranensis, presbiteri et magistri~~

~~et alii~~

Arch. Vatic.

Fondo Certosini, pergamen. n. 5.

1431, 6 februar.

Ursina de Ursinis vendit eidem Cartusiae Ro-
manae domum sitam in regione Pontis in
parochia S. Celsi et Juliani.

In nomine Domini Amen. Anno Dni MCCC.
XXXI^o, pontificatus dⁿⁱ Martini divina providen-
tia pape Quinti, indictione IX, mensis februa-
rii die sexto, in presentia mei notarii et
testium infrascriptorum.. magnifica d^{na} Ursina
filia q^m magnifici viri Jacobi de Ursinis,
morans in Regione Tripe, que primo et ante
omnia iuravit.. contra infrascripta.. non fa-
cere, dicere vel venire, et renuntiavit auxi-
lio Velleiani senatus consultus, autentice. Si qua
mulieri, et omni iuris auxilio.. pro mulieribus
introduc[tis], .. vendidit.. cessit.. ac transtulit..
ven^t et religioso viro fratri Petro de Pisis prio-
ri monachorum et conventus ven^{ty} mon^{rii} S. Crucis
in Jerusalem de Urbe Ordinis Cartusiensis presen-
ti, recipienti et.. stipulanti pro se ac vice et no-
mine dicti mon^{rii}.. quandam domum dicte d^{ne} Ursi-
ne, in qua de presenti fit taberna.. cum ^{salis et} ~~armamentis~~
cameris infra se, et cum renciaustro retro se, et
cum exitu dicti renciaustri post se, et cum

1) Italica: piaz-
zetta.
H.

placcibella¹⁾ seu magno statio ante se et cum
 migrano ante se, positam in Regione Pontis
 in parrocchia S. Celsi et Juliani de urbe inter
 hos fines: ab uno latere tenet Petrus Augusti-
 ni Lanciarius de Regione Pontis, ab alio latere
 tenet et est strada contrade della Palma,
 ante est strada et via publica que dicitur:
 la via Ricca., liberam.. ab omni onere, .. et ad
 investendum dictos d^{num} priorem, monachos et
 conventum de dicta domo superius vendita..
 dicta venditrix .. constituit suum procurato-
 rem nobilem virum Johannem de Astallis de Re-
 gione Pinee, .. Hanc autem venditionem .. fe-
 cit dicta d^{na} Ursina .. pro pretio.. CCC LX ducato-
 rum auri .. et bologninorum XXXVIII, quos
 dicta d^{na} Ursina venditrix recepit et habuit..
 a dicto d^{no} priore et a dicto Johanne de Astallis
 de pecuniis dicti mon^{sterii} .. qui CCC LX ducati et XXXVIII
 bolognini fuerunt et sunt pretium decime ca-
 stri Neptune et Asture dudum spectantis
 ad dictos d^{num} priorem, monachos et conventum
 et ad dictum mon^{sterium}, per .. Rev^{erendissimum} .. d. Prosperum Cardi-
 nalem de Columpna, Antonium principem Saler-
 ni, et Odovardum comitem Celani et Albi de
 Columpna germanos fratres, filios q^{ui} magnifici
 viri Laurentii de Columpna a prefatis d^{no} prio-
 re, monachis, et conventu empte¹⁾ pro dicto pretio,
 et quod pretium extitit, de voluntate eorundem
 prioris, monachorum, et conventus, depositum peres-
 ditum Johannem de Astallis per dictos d. Cardina-
 lem, principem, et comitem Odovardum .. ut dictus

H. testis hanc empte
 unde p^{rius} leggeri
 anche empte
 H.

Johannes solveret et pacaret, nonnibus dictorum
 ddi. card.^{is}, principis, et comitis, dicto mon.^{rio}, cum
 nonnullis alijs pecunijs per dictum Johannem sol-
 vendis. nonnibus supradictis, ad petitionem et
 instantiam dicti d. prioris ac mon.^{rii} prelibati,
 de quibus CCCXXI duc. et XXXVIII bol. pretio predicto
 dicta d.^{na} Ursina post dictam receptionem se
 bene contentam et pacatam vocavit, et pro-
 misit dicta venditrix dicto d.^{no} priori, quod dicta
 domus superius vendita cum rebus predictis
 fuerunt et sunt dicte d.^{ne} Ursine et quod ad
 eam pertinerent, et pertinent pleno iure,
 et si plus valerent seu valere possent dicte
 res superius vendite, pretio predicto, totum
 illud plus, dicta venditrix dicto d.^{no} priori
 presenti, recipienti et stipulanti ut supra donavit
 .. ob honesta servitia ab eis recepta, et intuitu
 tu dei, et quia sic sibi donare placuit. Et insu-
 per promisit et convenit dicta venditrix dictis d.^{no}
 priori, et conventui, dicte venditioni et omni-
 bus in ea contentis facere consentire omnem
 personam adiacentem et in dictis rebus superius
 venditis et confinatis ius aliquod pretendente
 ad simplicem requisitionem, dictorum d.ⁿⁱ prioris,
 et conventus et eorum successorum, et ad preces,
 dicte d.^{ne} Ursine et pro ea nobiles viri Laurentius
 Lelli de Mutis, et Philippus Jacobelli Pepe de Be-
 gione S. Eustachii, fideiusserunt pro dicta d.^{na} Ursi-
 na venditrice peres, dictum d. Priorem, et promise-
 runt sese facturos et curaturos, quod dicta domus,
 fuit et est ipsius d.^{ne} Ursine, et quod nemini alii.

fuit nec est vendita, data, donata, in preiudicium presentis venditionis, et si contrarium aliquo tempore appareret, voluerunt teneri et obligati esse dare dictis monachis et conventui, ad duplam evictionem, et ad omnia, dampna expensas et interesse, confitentes tale esse statutum et consuetudinem in Urbe quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto, que quidem omnia et singula supradicta, promiserunt, dicta venditrix et dicti eius fidejussores, dicto d.º Priori, et michi notario ut publice persone, semper et perpetuo attendere et observare et in nullo contra facere, dicere, vel venire, sub obligatione et hypotheca [omnium et singulorum bonorum ipsorum], et pena unius libre auri, qua, soluta vel non, predicta omnia et singula perpetuo firma durent, et post predicta ~~dicti~~ ^{dicti} prenominati et quilibet ipsorum rogaverunt me infrascriptum notarium ut de predictis ad rei memoriam conficerem publicum instrumentum unum seu plura.

Actum Rome in domo habitationis dicte d.º Ursine, que olim fuit quondam Juliani della Piazza de Regione Tripe, presentibus audientibus et intelligentibus hijs testibus, videlicet Johanne de Asfallis de Regione Pinee, Alberto Cecchi de Romaolis de Regione Traustiberim, Johanne de Nepe de Regione Pontis, et Laurentio Peri de Pisis sensorio de Regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

Et Ego Antonius Ludovici Monanus civis publicus Dei gratia Imperiali auctoritate notarius, quia predictis omnibus et singulis interfui rogatus, ideo

11
ea scripsi et publicavi et ad premissorum fidem
meum signum apposui contactum.
(loco signi)

Arch. Vat. Fondo Certosini, pergamen. n° 9, et Reg. Later. Euge-
ni IV, n° 338, fol. 8.

. 1436, 12 Novembri.

Eugenius etc. Dilectis filiis abbati mon^{ri} S. Sebastiani
extra muros Urbis, et Johanni de Fuscis can^{co}
eccl. B. Marie Maioris de eadem Urbe salu-
tem etc. Copiosa apost^{ca} sedis. Exhibita sequi-
dem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum
Johannis de Putheolis prioris, et fratrum domus
S. Crucis in Jerusalem de Urbe Cartusien. Ord.^{is}
petitio continebat, quod quondam Cechus Roma-
ni de eisdem [sic] Urbe et Regione Arenule con-
dens de bonis suis in eius ultima voluntate
testamentum, inter alia, quondam Leonarde
uxori sue cuiusdam domus site in dictis Urbe
et Regione terrance solarate et tegulate, sui
finibus limitate, in qua dictus testator tunc
habitabat, usumfructum quoad viveret, et post
eius obitum illam pauperibus Christi pro eo-
rum habitatione, illis per dictam suam uxo-
rem ad eius beneplacitum assignandam legavit,
ipsa quoque Leonarda, dicto eius viro defun-
cto, domum ipsam quondam Pine Simonis, et
Benedicte etiam Simonis, ac Johanne Thomasi
pauperibus mulieribus Pisanis iam defunctis pro
ipstarum habitatione etiam quoad viverent con-
cessit et assignavit, ac voluit quod ipse mulieres

Lat. habet:
utholio,
H.

alias pauperes in dicta domo recipere et etiam deputare, quodque tam per eas recepte et deputate, quam ab illis recipiende et deputande alias pauperes imperpetuum recipere et deputare possent, ita quod domus ipsa semper in dictis servitijs teneretur; et demum dilecta in Christo filia Antonia Bartholomei, ex ultimis receptis in dicta domo superstes, provide considerans dictam domum tendere ad ruinam et reparacione sumptuosa plurimum indigere, ac per eam et pauperes ad illam habitandum accedentes reparari, et etiam reparatam¹ conservari non posse, et ne ad eius manus rueret, sed in eius cuius per dictum testatorem ascripta fuit obsequijs perpetuo remaneret, domum ipsam cum omnibus iuribus et pertinentijs suis ac omne ius sibi in illa vel ad illam quomodolibet competens priori predicto et dilecto filio Bartholomeo de Novaria procuratori prioris et fratrum predictorum, pro se et alijs illius fratribus, pro eorum habitatione perpetuo concessit liberaliter et donavit. Cum autem donatio et concessio huiusmodi viribus non subsistant, nos tranquillitati et paci dictorum prioris et fratrum, asserentium se in predicta domo sancte Crucis, propter disturbia in dicta Urbe frequenter occurrentia ac gentes aruigeras ad dictam domum sancte Crucis accedentes et inibi ad eorum beneficium residere volentes, debitum prout eis incumbit obsequium exhibere nequeant² Creatori, et ut ipsi divinis laudibus eo devotius possint

1) Bulla orig. habet: reparatum. H.

2) sic, pro: non posse. H.

insistere, quo quietius fuerint ab omni turbatio-
 ne securi, discretioni vestre per apost. scri-
 pta mandamus, quatenus vos vel alter [vestrum]
 de premissis omnibus et singulis et eorum cir-
 cumstantiis universis, auctoritate nostra, dili-
 genter informemini, et si per informationem
 huiusmodi inveneritis ita esse, domum ipsam
 legatam cum omnibus iuribus et pertinentiis
 supradictis Priori et fratribus predictis pro eo-
 rum usu et habitatione perpetuis, auctori-
 tate predicta, donetis pariter et concedatis,
 voluntate premissa ac constitutionibus apostolicis
 et alijs contrariis non obstantibus quibuscumque.
 Datum Bononie anno Incarn. ^{nis} Dom. ^{ce} MCCCXXXVI,
 pridie idus Novembris pontif. ^{tes} nostri anno sexto.

2) Ex Reg. Vat. }
 H. }
 3) Ex bulla orig. }
 H. }

An. XXX. de Adria.
 X.³⁾
 X.
 X.
 A. Schonalb.
 P. de Vivianis.

Reg. Lat. Eugenii IV, anno V, libro 7. p. 92. [deest]
 - 1436-37 2.

Pro fratribus Domus S. Crucis in Jerusalem Cartusien.
 Ord. facultas vendendi nonnulla Bona.
 Ex Schedis Garampi, Chiesa di Roma, indice 556.

Reg. Lat. Eugenii IV, anno XI, n. 379 - fol. 199.
 - Idem, ultima februar.

Eugenius etc. Dilecto filio Francisco de Salimberis
 Alme Urbis Senatori salutem etc. Humilibus supplicium

votis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte
 dilecti filii Johannis Palutii Calisti de Urbe
 laici petitio continebat, quod licet olim dilecti
 filii prior et fratres Domus S.^e Crucis de dicta
 Urbe Cartusien. Ordinis, pro quibusdam tunc eis
 et dicto mon.^o incumbendis indigentij et necef-
 sitatibus, quendam locum Mesacipolla nuncupa-
 tum, ad ripam fluminis Tiberis, pro piscaria de-
 putatum, in prefata Urbe inter suos confines
 consistentem, et ad dictam domum legitime per-
 tinentiam, ac adeo dirutum et ruina collapsum
 quod ex eo ipsi prior et conventus nichil pe-
 nitus percipiebant, nec sine illius reparatione
 in futurum percipere poterant, sed penitus eis
 inutilis reddebatur, pro pretio LXXXX. floren-
 rum monete in eadem Urbe currentis, prefato
 Johanni imperpetuum vendidissent, .. ipseque Johan-
 nes venditionis huiusmodi vigore locum ipsum
 assecutus, illum per plures annos tenuisset
 et possedisset, prout de presenti tenet et possi-
 det, tamen dilectus filius Rector nunc vicarius
 et solus frater dicte domus, pretendens quod
 in venditione huiusmodi debiti tractatus non
 precesserunt, nec ipsorum tunc prioris et con-
 ventus superiorum auctoritas intervenit, et
 propterea venditionem ipsam nullam et invali-
 dam fore, ipsum Johannem super hoc peten-
 do venditionem huiusmodi rescindi, seque ac
 dictam domum ad locum predictum eiusque cor-
 poralem possessionem restitui et reponi, coram
 certo Iudice curie Capitoli, non ex delegatione

apostolica, traxit in causam, ipseque Iudex
 in ea ad nonnullos actus, citra tamen conclu-
 sionem, inter partes ipsas dicitur processisse.
 Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat,
 prior et fratres prefati qui plures numero
 erant sufficientes ad venditionem huiusmodi fa-
 ciendam, superiorum suorum licentiam et aucto-
 ritatem habere asseruerunt, nec etiam tunc
 alius reperiretur qui summam LXXXX florenor.
 huiusmodi pro dicto loco offerret, ipseque Johan-
 nes ad reparationem eiusdem loci summam DC
 florenor. vel circa similes monete exposuerit,
 pro parte eiusd. Johannis, qui etiam ultra va-
 lorem quem dictum locum tempore venditionis
 huiusmodi valuisse communiter estimabatur,
 XX florenos similes monete prefato mon.^{rio} pro
 ipsius anime salute dare et assignare se pa-
 ratum offert, fuit nobis humiliter supplica-
 tum ut venditioni huiusmodi et inde secutis..
 robur apost.^{ce} confirmationis adicere.. digna-
 remur.. Nos igitur.. Discretionem tue.. mandamus
 quatenus vocatis dicto Monacho necnon alijs qui
 fuerint evocandi super premissis omnibus.. aucto-
 ritate nostra te diligenter informes, et si.. ita esse,
 necnon prefatum locum valorem LXXXX florenor.
 tempore venditionis huiusmodi non excessisse, di-
 ctamque venditionem alias in evidentem dicti mon.^{rii}
 utilitatem cessisse aut cedere inveneris.. illam et
 quecumque inde secuta.. approbes et confirmes, sup-
 pleasque omnes defectus si qui forsitan intervenerint
 in eisdem, ac dicto Monacho dicti mon.^{rii} nomine agenti

super loco huiusmodi perpetuum silentium imponas,
 proviso quod idem Johannes XX florenas huiusmodi,
 per eum ut premititur oblatos, dicto mon.^{rio} reali-
 ter et cum effectu erogat et persolvat. Non obsta-
 tibus..

Datum Florentie anno Incarn^{is} Dom.^e MCCCXI, pri-
 die Kal. Martii anno XI.

B. xxx. Valven.

Reg. Lat. Eugenii IV, anno XII. n^o. 390, fol. 164^b ¹⁾

1) - 1442, Hau-
 gulbi -

Eugenius etc. Ven^o fratri Astorgio archiep^o. Bene-
 ventano, in alma Urbe et nonnullis alijs locis ve-
 bis et Romane ecclesie subiectis pro nobis et eadem
 ecclesia gubernatori, salutem etc. Ea que .. Exhi-
 bita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum
 filiorum Prioris sive Rectoris et fratrum domus
 S^ce Crucis in Jerusalem de Urbe Cartusien. Ord.^{is}
 petitio continebat, quod olim postquam dilectus
 filius Prior qui tunc erat dicte domus et pre-
 fati fratres quendam locum Mesacipolla nun-
 cupatum ad ripam fluminis Tiberis pro piscaria
 deputatum .. et ad dictam domum legitime per-
 tinentem .. dilecto filio Johanni Palutii Calixti
 civi Romano, nullis tamen in talibus a iure
 requisitis tractatibus precedentibus aut solemn-
 itatibus observatis, pro pretio LXXX florenor^{um} ..
 vendiderant, ac dictus Johannes locum ipsum
 .. atsecutus fuerat ac aliquandiu tenuerat et pos-
 sederat ac tunc tenebat et possidebat, iidem Prior
 et fratres, considerantes dictam venditionem nullam
 et invalidam fuisse et esse, eundem Johannem

super hoc petendo venditionem ipsam rescindi, sequere
 et dictam domum ad prefatum locum .. restitui,
 coram certo per locum tenentem dicte Urbis qui
 tunc erat deputato iudice, non ex alia delega-
 tione apost.^{ca} traxerunt in causam, in qua post-
 quam dictus iudex inter partes ipsas ad nonul-
 los actus processerat, prefatus Johannes ad di-
 lectum filium nostrum Nicolaum tit. S^{te} Crucis
 in Ierusalem presb. Cardinalem, tanquam ad caput
 ipsius domus, pro premissis recursum habens,
 cum eodem ad huiusmodi concordiam devenit,
 videlicet quod ipse locum prefate domus dimit-
 tere, dicti vero prior et fratres ipsos LXXX flo-
 renos eidem Johanni reddere tenerentur, quod
 que tam expense quas dictus Johannes in re-
 paratione ipsius loci, tempore venditionis huius-
 modi collapsi atque diruti, facerat, quam etiam
 redditus et emolumenta per eum ex dicto loco
 percepta, per aliquos communes amicos, de com-
 muni partium consensu eligendos, taxari seu
 liquidari, eaque omnia prefato Cardinali, qui
 de iure et equitate prout sibi videretur in
 premissis disponere et ordinare posset, referri
 deberent; qua quidem sic inita concordia
 Prior et fratres pro sua, necnon Johannes pre-
 dicti etiam pro sua partibus certos commu-
 nes super taxatione et liquidatione .. huiusmodi
 elegerunt amicos, qui postquam dictas expensas
 ad CC. florenos similes vel circa taxaverant,
 cum ad informationem summe dictorum percepto-
 rum reddituum et emolumentorum procedere vellent,

dictus Johannes, nulla de concordia et in eius vim
gestis huiusmodi mentione facta, nostras ad
dil. filium nobilem virum Franciscum de Salimbe
nis militem tunc dicte Urbis Senatorem litteras
impetravit, per quas eidem Senatori. mandavimus
ut vocatis dicto Priore .. et alijs qui forent evocan
di super premissis .. se diligenter informaret, et si
.. ita esse necnon prefatum locum valorem LXXXX
flor. tempore venditionis huiusmodi non excessisse,
dictaque venditionem alias in evidentem dicte
domus utilitatem cessisse aut cedere inveniret,
illam .. confirmaret, ac suppleret omnes defectus
si qui forsan intervenissent in eisdem, ac dicto
Rectori .. super eodem loco perpetuum silentium
imponeret, proviso tamen quod ipse Johannes XX
flor. similes per eum prefate domui ultra premissa
oblatos .. persolveret, .. quodque postmodum prefatus
Johannes .. Rectorem et fratres predictos super hoc,
petendo confirmationem .. suppletionem et silentii
impositionem predictas fieri coram eodem .. Senatore
dictarum ^{in premissis} litterarum fecit ad iudicium evocari,
ipseque Senator, .. illarum forma minime observata,
per. suam diffinitivam, ut dicebat, sententiam
prefatum Johannem ad restituendum .. prefatis
Priori et fratribus locum predictum dummodo
ipsi Prior et fratres prefato Johanni per totum
presentem mensem Augusti LXXXX predictos necnon
pro expensis per eum, ut assererat in reparatione
huiusmodi factis D similes florenos solverent,
quod si infra predictum mensem non facerent,
dictus locus, quem tunc et eo casu prefato Johanni

1) textus impetra-
vunt.

adiudicabat, eidem perpetuo libere remaneret; a qua quidem sententia dicti Prior et fratres ad sedem apostolicam appellarunt. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, prefate littere, saltem ob taciturnitatem concordie huiusmodi, subreptitie, ac propterea, ac etiam ob excessum forme dicti mandati, processus et sententia nulli et invalidi ceueantur existere, pro parte dictorum Prioris et fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis ac eorum et dicte domus statui et iudicanti oportune providere... dignaremur. Nos igitur... fraternitati tue... mandamus quatenus si vocatis priore et fratribus predictis et alijs qui fuerint evocandi, tibi de dicta concordia legitime constiterit et quod illa per dictas partes sponte suscepta dictisque communes amici electi fuerint et ad illam perficiendam procedere inchoarunt ut prefertur, tu concordiam ipsam per partes predictas facias inviolabiliter observari, et alias in premissis inter partes ipsas perinde procedas ac si processus Senatorij habiti et sententia huiusmodi lata nullatenus extiterent et de eis apud eius cause acta nullatenus appareret. Non obstantibus... Contradictores...

Datum Florentie anno Incarn. Dom. ¹⁴MCCCXLII,
 tertio idus Augusti, anno XII.
 An. XVIII. de Adria.

Reg. Vat. Eugenii IV, t. 8, n. 367, fol. 175^e

1445, 19. Junii.

Raymundo Comiti Nolano, et principi Barenti Jo-
 hanni Antonio. divisim. Dilecte fili salu-
 tem etc. Alias requisiti a dilectis filijs Priore
 et conventu mon^{rii} sancte Crucis de Urbe Or-
 dinis Cartusien. nobilitati tue scripsimus eam
 paterna caritate moneudo ut piam disposi-
 tionem et voluntatem clare memorie Nicolai
 quondam Comitis Nolani, cuius tu ac dilectus
 filius nobilis vir Johannes Antonius princeps
 Barenti, ut asseritur, heredes et successores
 estis, saltem in eo quod ad monasterium pre-
 fatum pertinet, Dei ac solatiu anime ipsius
 testatoris, necnon honoris tui intuitu, debite
 executioni mandare velles. Ecce iterum Prior
 et conventus memorati instantius nos pulsant,
 sollicitant, et requirunt, ut quoniam tu et ipse
 princeps dispositionem et voluntatem predictas
 distulisti executioni mandare, de remedio in-
 ris et iustitie, in quo ex debito nostri pontifica-
 lis officii sumus universis christifidelibus debito-
 res, eis et dicto mon^{rii} providere velimus,
 quod nos eis nullo pacto dereregare valentes,
 causam huiusmodi uni ex sacri palatii aposto-
 lici causarum Auditoribus audiendam commisi-
 mus et fine debito terminandam, prout ex
 decreto monitorii et citatorii, quod cursor nostre
 curie presentium lator ad te defert, poteris ple-
 nius informari. Quare dilecte fili velis taliter
 debito et honori tuo in hac causa prospicere et

providere, quod per remedia iuris ac dispositio-
nes legum et canonum, quibus omnes mundi
principes obligantur, non sis ad id necessario
denique compellendus.

Rome XIX Junii anno XV.

Armar. 39. Vol. 7. A f. 318, n. 496, Eugen. IV. anno XIV.

Dilecto filio Priori Maioris Cartusiae, Euge-
nius etc. Post ingressum nostrum in Urbem,
quemadmodum pastorale officium nobis inunctum
postulabat, omnes pene ecclesias, mon^{ria}, et pia
loca ipsius Urbis per viros graves visitari man-
davimus, ut provideremus iuxta ipsarum eccle-
siarum et monast^{ium} exigentiam; in qua visita-
tione compertum fuit Mon^{rium} ^{stae} Crucis in Hieru-
salem vestri Ordinis a multis annis citra mona-
chis^{set} divino cultu destinatum" fuisse, unico ibidem
Priore degente; quae res non sine acerbo ani-
mi dolore in admirationem nos induxit ut
locus ille tam insignis et devotione ac veneratione
in toto pene orbe celebris ita in oblivionem
pervenerit in gravem Dei offensionem et di-
vini cultus contemptum et vestri ordinis
non mediocrem notam. Huic itaque rei, ut
ad nos maxime attinet, providere volentes, vo-
bis in virtute sanctae obedientiae harum serie
praecipimus et mandamus quatenus praefatum
mon^{rium} omnino reformetis decenti numero mo-
nachorum usque ad numerum sex monachorum
ad minus. Naque enim ab executione huius
modi nostri mandati nos retinet aut retardat

Ita, certe pro, i de-
stitutum.

aeris intemperies [qua] estivo tempore aliquando
 mon^{rii} illud afficitur, aut exiles facultates ac redditus
 ipsius mon^{rii}. Nam Urbem ipsam nos et Romanam
 curiam, in qua variae hominum conditiones exis-
 tunt [et] plurimi religiosi viri, inhabitamus; neque
 monachi vestri delicatioris naturae esse debent
 quam alii, nec tantopere formidare huius loci ae-
 rem, praesertim quia si opus fuerit poterunt ad
 alium locum idoneum tempore estivo se transferre
 de quo providebimus cum effectu. Mon^{rii} vero pre-
 dictum redditus habet satis tollerabiles ac compe-
 tentes et ad vos etiam spectat alere monachos
 ex superabundantibus redditibus aliorum monaste-
 riorum, quorum quaedam sunt quae facultatem
 habent subveniendi mon^{rii} debilibus, tamen si oportu-
 fuerit, ob Dei reverentiam et ob charitatem
 qua ipsi Ordini vestro afficimur, parati sumus
 de nostro supplere ad victum monachorum
 ne in tanta Urbis, et curiae celebritate hic
 locus, qui propter devotionis excellentiam cogno-
 men Hierusalem assecutus existit, [sic] tanto de-
 formationis opprobrio subiaceat. Ceterum huius
 loci titulum concessimus dilecto filio nostro Do[m]i-
 nico] dudum S. Mariae in Via Lata diacono,
 nunc presbitero cardinali non ut fructus eiusdem
 suscipiat, sed ut eos in reparationem Ecclesiae dictae
 mon^{rii} ponat, et Ecclesiam ipsam eiusdemque iura
 et monachos et alias personas ibidem degentes e-
 vehat atque defen]dat, quod pro sua devotione
 et fide effecturum esse confidimus. Reliquum est,
 dilecti filii ut in hac sancta, ac necessaria reformatione

Si; an pro: }
Monasterium?

non procrastinetis, sed ad eam absolvendam ~~omni~~
studio et diligentia utamini; nam nullo modo
tollerare possumus ut modo ipsum quod ante
oculos nostros positum existit tanta ignomi-
nia afficiatur.

Datum Romae anno XIII.

Armar. 39, Vol. 7^A f. 321^t, n. 501. — Eugenii IV anno XIV.

Reverendo comiti Nolano Regi Siciliae magi-
stro Justitiaro. Eugenius etc. Ante reditum no-
strum ad Urbem, quemadmodum ad nos attinet,
procuravimus ut ipsius urbis ecclesiae reformaren-
tur. Nunc vero cum in eadem residentiam fa-
ciamus diligenti cura et studio incumbimus ut Ecclē-
siarum et monasteriorum ac aliorum piorum locō-
rum in Urbe presertim existentium ^{tam} circa Repara-
tionem et fabricam eorundem, quam circa divinum
cultum debita fiat reformatio. Hac itaque pia
animi dispositione inducti, cum ad Ecclesiam sanctae
Cruis in Hierusalem magnum geramus devotionis
affectum scripsimus Priori, et generali capitulo Ordinis
Cartusien. proxime celebrato ut mitterent aliquot fra-
tres Ordinis praedicti honestae vitae qui in dicta ec-
clesia residentiam facerent, et ibidem iuxta Ordinis
praedicti constitutiones et statuta Altissimo deservirent,
nam nobis indecorum erat valde ut in Ecclesia illa
tam insigni et veneratione digna, quae ante
oculos nostros sita est, ita divinus cultus dimi-
nuitus et pene extinctus existat. Qui Prior, ac ge-
nerale capitulum huiusmodi nobis respondentes mi-
serunt duos monachos, qui nobis nomine ipsorum

dixerunt Priorem et Ordinem prefatos paratos esse
 nostris mandatis et huiusmodi sanctae requisitioni
 penitus obedire. Sed opus erit ut Monachi habita-
 tiones idoneas habeant, et facultatem unde hone-
 stam vitam ducere valeant. Cum itaque
 omnino intendamus, et in hoc proposito con-
 stantes permansuri sumus, ut in dicta Ecclesia,
 ne tanto subiaceat opprobrio, debita reformatio
 fiat, constetque nobis te obligatum esse ex testa-
 mento spectatae memoriae Nicolai comitis Nolani
 avi tui, quod diligenter inspici et examinari fe-
 cimus, ad fabricam et restorationem cellarum,
 et singulis annis pro sustentatione et victu mo-
 nachorum ibidem existentium tenearis certam
 pecuniarum summam exhibere, nobilitatem tuam
 ex corde requirimus et hortamur in Domino ut
 te omnino disponas ad executionem dicti testamenti,
 ne praedicti avi tui, ac genitoris, ac tua insuper
 anima defraudentur. Consideret tua generositas
 hanc nostram voluntatem, Dei voluntatem esse,
 a qua si discrepaveris Deum plurimum offendes,
 et nobis etiam admodum molestum erit. Cum
 autem Deus omnipotens multa virtutum dona
 tibi concesserit, divitias, potentias, ac facultates,
 in hoc sancto opere devotionem et fidem tuam
 ostendas, nec permittas ut Ecclesia illa, erga
 quam precipuam curam tuus Avus habuit,
 negligentia tuae [Nobilitatis] in tanto opprobrio
 de cetero permaneat. Incumbe igitur omni studio
 et diligentia huiusmodi necessario operi, et preteri-
 ti temporis negligentiam celeritate et ordine et quadam

Sollicitudine compenses. Quae ut apertius intelligere possis, commisimus dictis Monachis qui a Capitulo venerunt, ut ad praesentiam tuam accedant, et nostram, et Prioris, ac Ordinis praedictorum voluntatem, ac Ecclesiae praedictae necessitatem exponant. Haec cum audieris non possumus credere quin animus tuus moveatur, et se disponat sine dilatione ad executionem dicti testamenti. Velit insuper tua devotio quendam ex tuis transmittere ad videndum ipsius Ecclesiae dispositionem, et ad praesentiam nostram, ut certior etiam factus non procrastinet in hoc opere, in quo tuorum progenitorum ac tuae et posterorum salus praecipue continetur. Quod si feceris, ut de tua natura¹⁾ et devotione confirmemus, rem ages²⁾ Deo gratam valde, et nobis plurimum acceptam, ac tuam et tuorum salutem concernentem. Alioquin Priori et Ordini, immo ipsi Deo, ac tuis progenitoribus, de iustitia quodammodo supplicantibus denegare eam non poterimus, et causam committi faciemus, ut iustitia mediante terminetur.

1) textus habet: na
 2) textus: agas.

Datum Romae anno XIII.

Reg. Vat. Nicolai V. n. 409. fol. 120.

- 1449 - 27. Aprilij.

Nicolaus etc. Dilectis filiis Guardiano Domus B. Mariae de Araceli de Urbe, et universis fratribus in locis devotis Romanae provinciae commorantibus Ordinis fratrum Minorum salutem etc. Sacra Ordinis vestri religio.. Tunc ~~pro parte~~ pro parte vestra nobis nuper

exhibita petitio continebat, quod dilecti filii Prior
 et conventus mon.^{rii} S^{te} Crucis de dicta Urbe, per
 priorem gubernari soliti, Ordinis Cartusien. quod
 dam mon.^{rium} B. Marie de Palazola, dicti Ord.ⁱ
 Tusculane Dioc., ab ipso mon.^{rio} S. Crucis depen
 dens, cum ecclesia, claustris, domibus, ac non
 nullis tunc expressis possessionibus, ortis, orto
 licij, bonis, iuribus et pertinentijs suis, vobis
 pro nouellorum dicti Ordinis vestri in locis de
 votis Romane provincie pro tempore commoran
 tium fratrum usu et habitatione perpetuis, cer
 tis desuper conditionibus et pactis adiectis, conce
 serunt et tradiderunt, prout in instrumeto
 publico inde confecto plenius continetur: quare
 pro parte vestra vobis fuit humiliter supplicatum
 ut vobis dictum mon.^{rium} B. Marie recipiendis
 licentiam concedere et alias super hijs oportune
 providere dignaremur. Nos igitur, dicti instru
 menti tenorem pro expresso habentes, vobis mon.^{rium}
 B. Marie predictum cum ecclesia, claustris, domi
 bus, possessionibus, bonis, iuribus et pertinentijs, ob
 servatis tamen pactis et conditionibus supradictis,
 recipiendis, licentiam largimur. non obsta
 tibus. Nulli ergo etc..
 Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCXLVIII.
 quinto Kal. Maij, pontif.^{icis} nostri anno III.

Reg. Later. Nicolai V, n^o 458, f. 273.

1450, 5 Junii.

Pro priore et fratribus S.^{te} Crucis mandatum pro approba
 tione exemptionis a solutione gabellarum.

Nicolaus etc. Dilectis filiis Lateranen., et S.^{te} Marie Novae de Urbe monasteriorum, per priores gubernari solitorum, prioribus, salutem etc. Statum Ord.^{is} fratrum Cartusien. et presertim domus S. Crucis in Theriacalem de Urbe, cum ante oculos nostros assidue corporali presentia et odore bonae fame versantur, sincera caritate ..prosequentes,..circa ea que domus et fratrum huiusmodi tranquillitatem et pacem respiciunt apostolici favoris presidium impartimur. Exhibita siquidem vobis nuper pro parte Prioris et conventus dicte domus petitio continebat, quod olim, causantibus guerris dudum per quendam Ladyslam Regem Apulie et suas gentes armigeras S. Rom.^{ne} Ecclesie et alie Urbi nostre tunc illatis, propter plurima damna que ipsi et domus prefata sustinuerunt, nonnulli qui fuerunt pro tempore ipsius Ecclesie tunc in prefata Urbe et alijs partibus circumstantibus apostolice Sedis Legati, sive in spiritualibus et temporalibus vicarii generales, habita consideratione damnum huiusmodi, domum prefatam ab omnibus et singulis gabellis, exactionibus, datij, doganis, pedagij, passagij, impositionibus salis, ac collectis, necnon omnibus et singulis oneribus, gravaminibus, et argarij quibuscunque, publicis et privatis, realibus et personalibus, tam personis quam rebus, intus et extra dictam Urbem, impositis et ..imponendis, quocunque modo et ex quacunque causa imponerentur, perpetuo exemptam et liberam fecerunt, necnon omnibus et singulis Gabellarij et quibuscunque alijs tributorum exactoribus tunc existentibus ac futuris inhibuerunt ne dictam domum eiusque priorem et fratres sive eorum nuncios et negotiorum gestores super predictis molestant, quin imo ab omni inquisitione et molestia penitus abstinere, mandaverunt.

Et deinde dilecti filii Conservatores Camere dicte Urbis
 predicta omnia et singula approbantes et roborantes sta-
 tuerunt et etiam ordinarunt premissa inviolabiliter
 observari, certis etiam ^{penis} pecuniariis tunc adiectis, prout
 in quibusdam authenticis litteris Legatorum et Conser-
 vatorum eorundem desuper confectis dicitur ple-
 nius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio
 subiungebat, Gabelarii, Officiales, et exactores huius-
 modi, exemptiones et libertates domui et fratribus an-
 teditis ut prefertur concessas, quas minime observare
 volunt, infringere et violare nitantur, pro parte prioris
 et fratrum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum
 ut eis et eorum statui et quieti in premissis oportune
 providere dignaremur. Nos igitur.. de premissis cer-
 tam nobilitatem non habentes, .. discretioni vestre ..
 mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, si et
 postquam vobis de premissis legitime constiterit,
 omnia et singula exemptiones, libertates, concessio-
 nes et indulta per dictos Legatos eidem domui, prio-
 ri et fratribus ut prefertur concessa, auctoritate no-
 stra ratificare approbare et confirmare curetis, non
 permittentes priorem et fratres predictos pretextu gabel-
 larium, dationum, doganarum, pedagiolorum, collectarum, vel sa-
 tis aut aliarum quarumcumque impositionum et exactionum
 .. quomodolibet molestari. Contradictores .. Non obstantibus ..
 Datum Rome apud S. Petrum anno Incarn^{is} Domⁱⁿⁱ MCCCCL, nonis
 Junii, anno IV. — O. Gratij de mandato d. n. pape — Pontanij

Arch. Vat. Fondo Centojini, pergamena n. 9^{bis} — 1451, 26 Novembre.
 Mandatum monitorium contra Joan. Antonium principem Barenti
 pro inventione scripturarum Comitum Nolani fundatoris Carte-
 siae S. Crucis in Hierusalem..

Guillelmus de Fondera.. Electus Olaren., unus ex sacri
 apost.^{ci} palatii causarum auditoribus locum tenen., uni
 versis et singulis dd. abbatibus, prioribus, preposi
 tis, decanis .. tam cathedralium, quam collegiarum
 can.^{ci}, parochialiumq. ecclesiarum rectoribus .. cete
 risque presbiteris, clericis, notariis .. per civitatem
 et dioc. Barentin. ac alias ubilibet constitutis ..
 ac illi vel illis .. ad quos presentes nostre littere
 pervenerint, salutem .. Noveritis quod nuper
 .. d.ⁿⁱ Nicolaus divina providentia papa V.^{tu} quandam
 commissionis sive supplicationis cedulam nobis .. pre
 sentari fecit .. huiusmodi sub tenore: **B^{me} Pater**
 Dudum fel. rec. Eugenius pp. IV. causam et causas,
 quam et quas devoti V. fr^{es} oratores Prior et
 conventus S. Crucis in Jerusalem de Urbe, Ord.^{is}
 Carthusien. contra .. dd. Raymundum comitem Nola
 num et Tohan. Antonium principem Barentinum
 de et super nonnullis promissionibus, pactis, lega
 tis, et pecuniarum summis, rebusque aliis, in actis
 latius designatis, et illorum occasione, per quendam
 Nicolaum de Ursinis comitem Nolanum relictis
 factis atque donatis, movebant seu movere ..
 intendebant .. d.^{no} Malatesta Episcopo Camerinen.
 tunc locum unius ex palatii apost.^{ci} causarum audi
 toribus obtinenti, summarie .. sine strepitu et fi
 gura iudicii, sola facti veritate inspecta, audien
 das commisit et fine debito terminandas .. Verum,
 Pater B.^{me} tempore fel. rec. Eugenii pp. IV, aubedi
 d. Raymundus comes Nolanus, non autem d. Tohan.
 antonius, super parte et quota ipsam ex legato
 sive codicillo eiusd. quondam Nicolai comitis Nolani

tangente citatus reperitur. Ne igitur tali pre-
 textu ipsi prior et conventus a sui iuris pro-
 secutione diutius excludantur et de .. Guillelmi
 electi^{et confirmati} Oloren., unius ex auditoribus palatii auledicti,
 .. coram quo causa huiusmodi ad presentem pendet,
 propter mortem ipsius Eugenii pp. IV, in iurisdictione
 valeat hesitari, dignetur eadem Stas vestra eidem
 d. Oloren. causam et causas huiusmodi contra prefa-
 tum d. principem Barentinum de novo committere
 .. In fine vero dicte commissionis sive supplic.^{is}
 cedule scripta erant de alterius manus littera
 .. hec verba, videlicet: De mandato d. n. pape
 audiatur idem Electus, citet ut petitur, et iusti-
 tiam faciat. — Post cuius quidem .. cedule presenta-
 tionem et receptionem .. fuimus pro parte religiosorum
 utrorum prioris et conventus mon.^{is} S. Crucis in Jeru-
 salem de Urbe .. requisiti, quatenus sibi citationem
 legitimam .. extra Rom. curiam et ad partes contra ..
 d. Johannem Anthonium principem Barentin. .. omnes
 que alios .. suo quovis modo interesse putantes .. decer-
 nere et concedere dignaremur. Nos igitur Guillelmus
 Electus prefatus .. vos omnes et singulos supradictos
 requirimus et monemus .. vobis nichilominus .. man-
 dantes, quatenus infra sex dierum spatium post ..
 notificationem presentium .. et postquam pro parte
 dictorum dd. prioris et conventus .. vigore presen-
 tium fueritis requisiti .. immediate sequentibus ..
 prefatum^{d.} Johannem Anthonium principem Barentinum
 .. omnesque alios .. sua .. interesse putantes .. ex par-
 te nostra immo verius aposte^{ca} .. citare curetis .. quos
 nos etiam .. tenore presentium sic citamus, quatenus

Vicesima die post .. citationem huiusmodi .. ^{si} iuridica fuerit .. alioquin proxima die iuridica .. in palatio causarum apost. ^{co.} .. compareant in iudicio .. coram nobis, vel [loco nostri] surrogando, per se vel procuratorem .. cum actis .. scripturis .. causam et causas huiusmodi tangentibus, .. prefatis dd. priori et conventui .. de iustitia responduri et in causa et causis huiusmodi .. usque ad definitivam sententiam .. processuri .. et recepturi quod iustitia suadebit .. [etc. etc.] In quorum .. fidem et testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum .. fieri et per notarium ^{publicum} nostrumque .. scribam in frascriptum subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli .. appensione communiti.

Datum et actum Rome apud S. Petrum in palatio causarum apost. ^{co.} .. sub anno a Nativitate Domini MCCCCL, indictione XIII, die vero Veneris XXVII mensis Novembris, pontif. ^{bus} prefati ^{6ⁿⁱ} .. Niclai pape V anno V, presentibus .. mag. ^{is} Guillermo Barellis et Petro Marini notariis publicis scribisque nostris clericis Leonian. civitatis et Cathalanen. dioc. testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Johannes Lett, clericus spiren., publicus apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius, prefatique ^{di} Rev. patris d. Guillermini de Fondera Electi et auditoris .. scriba, quia date citationi .. omnibusque alijs .. premissis .. cum cum prenominationis testibus presens interfui .. ideo presens publicum instrumentum ^{tum} per alium fideliter scriptum exinde confeci subscripsi .. signoque et nomine meo solito .. cum cum dicti d. Guillermini .. sigilli appensione signari rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum.

(Loco signi)

~~Arch. Val. Pergamen. n. 10. Bulla Calixti III. confirmans im-~~

Arch. Val. Pergamen. n. 10. Bulla Calixti III. confirmans im-
munitates etc. — 1456, 30 Octobr.

Calistus.. Dilectis filiis Priori et fratribus domus
 Sancte Crucis de Urbe, Cartusien. Ordinis, salutem.
 Cum a nobis petitur.. Ea propter, dilecti in Domino
 filii, vestris iustis postulationibus grato concur-
 rentes assensu, omnes libertates et immunitates
 a predecessoribus nostris Rom. pontificibus, sive
 per privilegia vel alia indulta, vobis et domui
 vestre concessas, necnon libertates et exemptiones
 secularium exactionum a Regibus et principibus
 ac alijs christifidelibus vobis et prefate domui
 vestre rationabiliter indultas, specialiter autem
 terras, domos, possessiones, vineas, prata pasua,
 nemora, iura, iurisdictiones, aliaque mobilia et
 immobilia bona ad predictam domum spectantia,
 sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, vobis
 et per vos eidem domui auctoritate apostolica
 confirmamus et presentis scripti patrocinio communi-
 mus. Nulli ergo..

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarn^{is} Dominice
 MCCCCLVI, 3^o Kal. Novembr. pontif^{icatus} nostri an-
 no primo.

Armar. XXIX, tom. 28 f. 195^o — 1456, 16 Novembr.

Mandatum exemptionis gabellarum in favorem S. Crucis.
 Franciscus Venerius S. in Christo patris et d. n. d. Cal^{ixti}
 III. pp. III. generalis commissarius.. Attento quod Ven^{erabilis}
 religiosi prior et fratres mon^{asterii} S. Crucis in Theriacle de Urbe

litteras apostolicas fel. rec. d. n. Nicolai pape V super exem-
 ptione gabellarum et aliarum quarumcumque exactio-
 num cum processibus super inde debite fulminatis
 primo, et subsequenter alias s. n. in Christo patris et
 d. n. d. n. Calisti pp. III litterarum predictarum confir-
 matorias obtinuerunt: Idcirco volumus, et de man-
 dato prefati d. n. Calisti pp. III super hoc nobis spe-
 cialiter facto, universis et singulis communitatibus,
 populis, universitatibus, domibus, baronibus, governa-
 toribus, rectoribus, potestatibus, vicariis, gabellariis, port-
 uariis, custodibus, castellanis, passageriis, barisellis,
 armigeris, marescallis et aliis quibuscumque officialibus,
 hominibus et personis, cuiuscumque status vel conditionis
 presentibus et futuris et cuilibet eorum. . precipimus et
 mandamus quatenus iuxta debitum rationis, et iuxta
 etiam laudabiles eorum consuetudines, cum isti sint viri
 religiosi, quibus omnes sua sponte, loco elemosine, ma-
 nus debent porrigere adiutrices, res omnes et bona
 eorum quecumque, veluti grannum frumentum bla-
 dum vinum oleum et alia quecumque s. n. pa-
 pe et S. Rom. ecclie mediate vel immediate subiecta.
 absque alicuius gabelle dati pedagii passagii nauti vel al-
 terius oneris solutione quacumque onerare transire ex-
 trahere et expedire libere permittantur. ceterum. . ipsas
 Nicolai. . et alias Calisti summorum pontificum predictas
 confirmatorias litteras. . super exemptione predicta velint
 et debeant, ut est debitum, priori et fratribus ipsis in-
 violabiliter observare, et ab aliis quantum in eis fuerit
 observari facere, in contrarium facientibus non obstanti-
 bus quibuscumque. In quorum testimonium. [etc.] . .
 Dat. Rome. . anno. . MCCCCLVI. . die XVI. . Novembrii, pontif. . s. n. d. n.
 n. pape prefati anno II.

Reg. Lat. Pii II, n. 589, f. 21^o — 1463, 2 April.

Pij etc. Ven^{bus} fratribus Johanni archiep^o, Florentin.
 nostro in spiritualibus in Urbe vicario, ac Nep^o
 lao Episcopo Orton. in Romana curia residenti.
 Salutem etc. Ex iniuncto nobis .. Exhibita siqui
 dem nobis nuper pro parte dilecti filii Cincii Leo
 nardi de Cincij de Viterbio, curie causarum
 Camere apostolice notarii petitio continebat,
 quod olim q^um Bartholomeus de Novaria .. pro re
 missione peccatorum suorum, et maxime ablatorum
 incertorum, ad honorem et laudem D. N. Iesu Christi,
 eiusque genitricis virginis gloriose, necnon salutis
 fere Crucis .. donatione que dicitur inter vivos ..

inter alias domos suas

quandam domum, quam dictus Cincij tenet et inha
 bitat, sitam in Regione Parionis infra metas parro
 chie parochialis ecclie B. Mariæ in Vallicella de Urbe,
 S. Crucis in Ierysalem Cartuziensis, et S. Mariæ Nove
 Montis Oliveti Ordinum ecclesij sive conventibus, ac
 hospitali sive societati ymaginis S. Salvatoris, San
 cta sanctorum nuncupato, de Urbe, pro equalibus par
 tibus, hac inter alias adiecta conditione, quod prio
 res ecclesiarum sive conventuum ac Guardiani hospi
 talis predictorum domos ipsas [sic] ultra annum lo
 care aut .. alienare minime possent, etiam Roma
 ni pontificis pro tempore existentis auctoritate inter
 veniente, quodque apud eos indivise perpetuo rema
 nere deberent, et casu quo ad actum divisionis
 procederent eorum domus ipse pro una ad Basili
 cam S. Petri, et pro alia ad ecclesiam S. Iohannis La
 teranen., ac pro reliqua partibus ad hospitale no
 strum S. Spiritus in Saxia etiam de Urbe eo ipso

devolverentur, nonnullis alijs conditionibus apposis ac
 successive .. adiectis, donavit dedit et concessit, prout
 in Instrumento donationis huiusmodi dicitur plenius
 contineri. Et, sicut eadem petitio subiungebat, si
 domus ipsa per ipsum Cincium inhabitata ut prefertur,
 que in suis structuris et edificijs, ad que resarcienda et
 restauranda iidem priores et guardiani, alijs oneribus
 gravati, commode intendere nequeunt, est plurimum
 collapsa .. ac in aliquibus eorum minatur ruinam ..
 eidem Cincio ad suam ac uxoris et filiorum suorum
 vitam, vel usque in 3^{am} seu 4^{am} generationem ipsius
 Cincii inclusive a filijs ipsius Cincii utriusque sexus
 incipiendo et ad vitam dicte eius uxoris, et alias
 prout ipsis melius fieri videbitur, et sub anno congruo
 sive canone XXX florenor. anni de camera ad ratio-
 nem LXXII baiocorum pro quolibet floreno summo pon-
 tifice in ead. urbe existente et non aliter, et in eius
 absentia prout alii conductores aliarum domorum dicte
 Urbis, successivis temporibus singulis annis persolvent,
 in emphiteosim seu locationem concederetur, idem
 Cincius domum ipsam, .. iuxta conventionem et ordi-
 nationem cum eisdem prioribus et guardianis desuper
 habitas et habendas, suis expensis se offert .. restau-
 rare .. ac meliorare, .. etiam absque eo quod nonnul-
 le expense per eum prius in alijs eiusdem domus
 officinis necessario, de ipsorum priorum et guardia-
 norum consensu, factis, de quibus evidenter apparet,
 defalcantur, prefatique priores et guardiani .. ad fa-
 ciendam huiusmodi concessionem libenter condescen-
 dent, dummodo eis super hoc apost.^{ca} auctoritate licen-
 tia concedatur. Quare pro parte tam priorum

et guardianorum, quam Cincii predictorum, nobis
 fuit humiliter supplicatum ut, licentiam predi-
 cam concedere, et huiusmodi concessioni, si illam
 qualicumque modo ut prefertur fieri contingat, robor
 apoth. confirmacionis adire .. dignaremur. Nos
 itaque .. fraternitati vestre .. mandamus, quatenus de
 premissis .. vos coniunctim diligenter informetis et
 si .. ita esse, dictamque concessione, si fiat, in evi-
 dentem ecclesiarum sive conventuum ac hospitalij
 predictorum utilitatem cedere repereritis .. eidem
 prioribus et guardianis .. domum predictam .. prefa-
 to Cincio modo et forma premissis concedendi et la-
 candi auctoritate apostolica licentiam concedatis ..
 Contradictores .. Non obstantibus ..

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dom.
 MCCC LXIII, IV nonas aprilis anno V.

Arch. Vat. Fondo Certosini pergamen. n. 71.

1465, 15 Octobr.

{ Emptio domus in Regione Pontis per nou. ^{vicem} S. Cru-
cis a Jacobo ^{Guill.} Tutore.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem
 MCCC LXV, pontif. ^{bus} ^{su} .. d. ⁿⁱ Pauli .. piap. II^{di} iudicio
 ne XIII mensis Octobr. die XV, in presentia mei notarii
 et testium infrascriptorum .. providus vir Jacobus Guillel-
 mi tutor habitator Urbis in Regione Pontis .. spon-
 te, .. cum consensu presentia et voluntate .. d. ^{ue} Chri-
 stofore eius uxoris, et d. ^{ue} Agnetis .. matris dicte Christofore
 et sororis ipsius Jacobi, .. vendidit et titulo venditio-
 nis dedit cessit et concessit .. iure propria et in perpe-
 tuum ~~ven~~ viro fratri Teronimo Iohannis de Reguardatis

de Nursia, Ord.^s Cartuyien., procuratori et sindico ge-
 nerali ven.^{ty} ecclie et conventus S. Crucis in Jeru-
 salem de Urbe Ord.^s predicti, presenti ementi.. et
 stipulanti vice et nomine dicte ecclie et conventus
 .. videlicet quandam domum ipsius Jacobi terraneam
 solaratam .. cum salecta, camera et lorio seu mi-
 grano infra se et alij eius membris, sitam in Regio-
 ne pontis infra hos confines, videlicet cui ab uno la-
 tere tenent res magistri Mei aurificis, ab alio latere
 tenent res supradicte d.^{ue} Agnetis, retro se tenent res
 supradicti Mei aurificis, ante se tenet et est via
 publica .. liberam .. ab omni onere .. cum omnibus
 .. pertinentij et adiacentij. -- Et nichilominus prefatus
 venditor investivit et in corporalem possessionem pre-
 fate domus posuit .. et inivit dictum emptorem dictij
 nominibus .. Hanc autem venditionem .. fecit dictus ven-
 ditor dicto emptori presenti .. pro pretio et nomine pre-
 tii CXC.^{ta} ducatorum auri de camera, quos prefatus
 emptor^(hic) habuit et .. recepit .. in ducatis de auro papali-
 bus ab eximio legum doctore d.^{no} Baptista de Brendis cive
 Romano depositario prefate ecclie et conventus presente
 dante .. et pacante vice et nomine dicte ecclie et con-
 ventus de pecunijs eorumdem et de eisdem in species reda-
 ctis et ad eorum manus perventis ex causa depositi ex
 pretio cuiusdam domus .. cum sala et cameris infra se
 et orto post se et porticali ante se et alij eius mem-
 bris site in Regione S. Eustachij iuxta domum religio-
 sarum dominarum Bertii Ord.^s S. Francij Currij de li-
 spechi, viciniam a duobus, et alios suos confines, per
 dictam ecclesiam priorem, fratres et conventum vendite
 ventij vice d.^{no} Melchiori Bandino de Camerone fratri

Religionis Ierosolimitane suo proprio nomine ementi pro
 pretio CC ducator. auri, et penes dictum d. ^{duo} Baptistam
 depositorum, ut predicatur, pro emptione prefate alterius
 domus per eund. solvendorum et convertendorum, prout de
 predictis patere plenius dignoscitur manu mei notarii
 infrascripti hac eadem die prefato d. Melchiorre et
 dicto procuratore et sindaco presentibus.. ac predicta om-
 nia et singula acceptantibus et vera fuisse et esse.. affer-
 mantibus. De quibus post dictam manuum receptionem
 se dictus venditor bene quietum.. et satisfactum vocavit..
 et renuntiavit exceptioni non habitorum.. dictorum 195
 ducator. auri pretii prefate domus.. Et ad hec precibus
 dicti venditoris et pro eo spectabiles viri Johannes Jacobi
 Lanciarum de Preficiis, et Diotecante Ser Principallis Specia-
 rium omnes de Regione Pontis.. fideiusserunt penes et
 apud dictum emptorem in omnem casum.. evictionis..
 Rogantes dicte partes me notarium infrascriptum ut de
 premissis omnibus.. conficerem instrumentum..

Actum Rome in Regione Pontis in domo predicta su-
 pra vendita et confirmata, presentibus.. Eximia legum
 doctore d. Baptista de Brendis de Regione S. Eustachii,
 Giuliano Chomai alias Fariseo proregeta de Regione Pon-
 tes, ac Andrea Giroti mercatore Florentino in curia roma-
 na commorante in dicta Regione Pontis, testibus ad premissa
 vocatis.. et rogatis.

Et ego Bernardus de Ficiis civis Romanus.. Imperiali auct.
 Notarius quia premissis omnibus.. interful.. una cum preno-
 minatis testibus, ideo de predictis rogatus, in aliis gravioribus
 impeditus, ea per alium mihi fidum scribi feci et mea manu
 propria illa subscripsi et publicavi, meumque signum.. apposui
 consuetum.

(loco Signi)

Brevia Sixti IV. Annus. XXXIX tom. II. f. 196^e

1472, 22 Martii -

Dilectis filiis generali et Capitulo Ordinis Cartusien.

Dilecti filii, salutem etc. Specialem devotionem habuimus
 semper agentes in minoribus in Van.^{te} ecclesiam S. Crucis,
 in Ierusalem de Urbe Ordinis vestri, ac sicut precipue
 sibi afficiebamur, sic specialiter optassemus ipsius in
 omnibus argumentum, ac tanto magis nunc id ipsum
 optamus quanto maior ipsius cura humeris nostris in-
 cumbit. Indolimus quidem sepe et nunc vehe-
 mentius indolemus, tam venerabilem tanque sacrum
 locum, in hac urbe et in oculis Romani pontificis
 ad tantam calamitatem devenisse, ut fere per om-
 nes partes ruinam mineatur, nec sine maximo
 populi murmure, ac dedecore vestri Ordinis sub
 cuius regimine gubernatur. Et sicut molesta nobis
 ruina, ita grata et accepta instauratio foret.
 Igitur discretionem vestram hortamur in Domino ac
 districte monemus: ut postquam dicti loci curam ha-
 betis et commodum evidentem aliquam demonstrati-
 onem faciatis: non esse vestre intentionis quod dictus
 locus sub manibus vestris et cum infamia Ordinis ruat.
 Sunt vobis alie domus que bonitate divina ita abun-
 dant, ut et sibi ipsis sufficiant, et possint etiam pro
 hac necessitate subsidium aliquale conferre, et nos
 etiam cum viderimus in re hac bonam mentem
 vestram opportunis favoribus non deerimus. Et
 licet dilectus filius noster Angelus tituli dicte ecclesie
 Cardinalis non modica ex bonis suis pro dicta repa-
 ratione contulerit, tamen, quia impensa gravis est,
 et sibi alia sua opera non desunt, omnibus ipsius
 reparationis necessitatibus per ipsum subveniri non potest.

Et si ipse ex liberalitate sua cum proprijs bonis occurrit, promptiores vos esse debetis, qui Ordinis facultates conferatis.

Datum Rome apud S. Petrum etc. die XXII Martii 1472, pontificatus nostri anno I.

Reg. Vat. Sixti IV n. 656, f. 55^t — 1473, 16 Februar.

Sixtus etc. Dilecto filio Johanni Baptiste de Maximis fratri domus sancte Crucis in Jerusalem de Urbe, Castusien. Ordinis, capellano nostro, salutem etc. Viri tute clarus et meritis, sicut fove laudabilis testimonio commendaris, etiam in nostro et apostolice sedis conspectu gratiam meruisti, quod personam tuam paternam benivolentiam prosequamur, et eam libenter attollamus honoris gratia specialis. Ut igitur in effectu percipias quod suggerit nostre mentis affectus, te in nostrum et dicte sedis capellatum gratiose recipimus, ac nostrorum et sedis predictae capellanorum numero et consortio favorabiliter aggregamus, tibi que concedimus ut omnibus et singulis privilegij... per... Romanos pontifices predecessores nostros cap. ^{us} dicte sedis concessis uti et gaudere libere et licite valeas... in contrarium... non obstantibus quibuscumque... Nulli ergo etc..

Fuerunt remissa sibi, ioculata. [sic in textu] n.

Datum Rome apud S. Petrum anno etc. MCCC LXXIII, XIV Kal. Martii anno III.

— Gratias de mandato d. n. pape —

Arch. Vat. - Fondo Certorini - pergam. n. 12. - 1482, 23 Maij -

Sixtus. [IV]. Ven. fratri Episcopo Alexandrino, ac dilecto filio archidiacono ecclesie Florentin. salutem... Significaverunt nobis

Dilecti filii prior et fratres domus S. Crucis in Terrisalem
 de Urbe Carthagen. Ordinis, quod nonnulli iniquitatis,
 filii, quos prorsus ignorant, centus fructus, redd. et
 prov., terras domos possessiones vineas ortos cam-
 pos prata pascua nemora silvas arbores arbo-
 rum fructus ligna lapides postes pisces piscarias
 aquas aquarum decursus, vini bladi frumenti
 ordei avenae lini lanae cere olei auri argenti
 monetati et non monetati quantitates, cassides,
 ciphos coclearia discos scutellas, vasa aurea ar-
 gentea erea cuprea stannea ferrea lignea, pan-
 nos laneos lineos sericos, vestes tunicas fode-
 turas mantellos capucias, zonas anulos perlas et
 alia idcalia, lectos culcitrae linteamina mappas
 manutergia domorum utensilia, equos iumenta
 boves porcos et alia animalia, libros scriphturas
 publicas et privadas, testamenta codicillos et alia
 documenta, debita credita legata mutua deposita
 iura pecuniarum summas, et nonnulla alia us-
 bilia et immobilia bona ad domum predictam
 legitime spectantia, tenere et malitiose occul-
 tare et occulte detinere presumunt. Super quo
 idem prior et fratres agost. sedis remedium in-
 ploraverunt. Quocirca discretioni vestre. mandamus,
 quatenus omnes huiusmodi occultos detentores cen-
 sum fructuum et aliorum bonorum predictorum
 ex parte nostra publice in ecclesijs eorum populo,
 per vos vel alium seu alios moneatis, ut infra
 competentem terminum quem eis prefixeritis,
 ea prefatis priori et fratribus a se debita resti-
 tuant et revelent, ac de ipsis plenam et debitam

satisfactionem impendant, et si id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc preceptorie duxeritis prefigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, et eam faciatis ubi et quando expedire videritis, usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari.

Datum Rome apud S. Petrum anno.. MCCCCLXXXII,
X. Kal. Junii.. anno XI.

Reg. Vat. Alexandri VI, n. 881, f. 185-
Fondo Certosini, pergamen., n. 18- } 1496, 29 Julii

Alexander etc. Universis Christianis fidelibus etc. salutem etc. Admirabile sacramentum virgine Crucis, cuius signum erit in celo Iam Dominus ad iudicandum venerit, intra nostre mentis archana revolventes, et pia consideratione perfrantes quod in ligno eiusdem S. Crucis d. n. Ihesus Christus pro humani generis salute mortem subire non abnuvit ut nos de morte ad vitam revocaret, dignum immo potius debitum reputamus ecclesiarum et loca sub ipsius S. Crucis nomine dedicata et presertim in urbe consistentia gratiosis indulgentiarum et remissionum muneribus decorare, ut per hoc et tanti sacramenti iugis memoria in mentibus Christianorum permaneat et ipsi Christiani, ipsius Domini gratia eos preveniente, felicitatis premia consequi mereantur eterne. Cum itaque nuper, videlicet anno.. MCCCCLXXXII, ultima domine mensis Januarii, dum bo. viri Petrus tit. S. Laurentii in Thyberide, qui tunc in humanis agebat,

eandem ecclesiam digno ornatu reparari faceret, in
 altiori pariete testudinis dicte ecclesie reperbus
 fuerit titulus hebraicis grecis et latinis [Litteris]
 conscriptus, et qui supra caput ipsius D. N. Iesu
 Christi dum in ligno eiusdem sancte crucis penderet ap-
 positus exhibit, et dictus titulus nunc in eadem
 ecclesia debita cum veneratione observetur et cu-
 stodiatur. Nos in cruce huiusmodi sancta cum
 apostolo gloriantes et satagentes aliis ad glorifica-
 tionem ipsius invitare ut vitalis liqui precio vi-
 te eterne suffragia consequantur, ac cupientes
 et ecclesia predicta, que nunc titulus dilecti filii
 nostri Bernardini eiusdem eccle. S. Crucis in Iherusa-
 lem presb. cardinalis existit, congruis frequentatur
 honoribus .. omnibus et singulis Christianis .. vere
 penitentibus et confessis qui ecclesiam ipsam in ultima
 Dominica mensis Iamarii cuiuslibet annis, a primis
 vesperis usque ad occapum solis ipsius Dominice de-
 vote visitaverint annuatim, omnium peccatorum
 suorum remissionem .. concedimus et largimur. Pre-
 sentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Vo-
 lumus autem quod si alias visitantibus dictam ecclesiam
 aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum
 tempus nondum elapsam duratura eadem die per nos
 concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris
 vel momenti.

Datum Rome apud S. Petrum anno etc. MCCCCLXXXVI,
 14 Kal. Augusti, pontificatus nostri anno 14.
 — Gratias de mandato S. d. n. pape.

AB. Julii II, 3. t. 9. (deest in arch. Vat.)
Fondo Certosini; pergam. n. 19.

— 1504, 30 Januarii

Julij... ad perpetuam rei memoriam. Digna
 exauditione vota personarum ecclesiasticarum^{rum} quamlibet
 presertim sub suavi religionis iugo Altissimo famu-
 lantium a pontificis nos convenit favore prosequi... Cum
 itaque parr. ecclesia sancte Lucie in Silire de
 Urbe quam dilectus filius mag. Leonardus de Ber-
 tinis scriptor et familiaris noster... in commendam
 nuper obtinebat, .. ex eo quod dictus Leonardus illi
 .. in manibus nostris sponte et libere cessit, .. vacare
 noscatur: Nos in quorum manibus dilectus filius
 noster Bernardinus tituli S. Crucis in Jerusalem
 presb. Card. cui dictam ecclesiam et presertim
 vacantem... sub dat. videlicet VI idus Junii pontif. nos-
 tri anno I, commendari concessimus, concessioni
 commende huiusmodi, litteris a pontificis super ea non
 confectis, hodie sponte et libere cessit... Et sicut exhi-
 bita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum
 prioris et fratrum S. Crucis in Jerusalem etiam de
 Urbe, Cartusien. Ordinis, petitio continebat, dicta
 domus in loco minus salubri sita existit, adeo
 quod certis anni temporibus, presertim estate,
 propter aeris intemperiem, illius fratres et alie
 persone inibi degentes sepe infirmitate incurant
 ex quibus plures ex eis decedunt. Verum si dicta
 ecclesia, que in loco magis salubri consistit, ei-
 dem domui perpetuo uniretur, prior et fratres
 domus huiusmodi et alie persone inibi degentes,
 in dicta ecclesia in qua aer salubrior existit, estatis
 tempore residere, et ad eam recuperande sanitatis

causa accedere possent, pro parte prioris et conventus predictorum, asserentium quod Pomus D, ecclesie vero predictarum, et eidem ecclesie perpetuo annexi simplicis beneficii ecclesie, clericatus unicus cupati in dicta ecclesia, fructus redd. et prov. X^o florenorum auri de Camera, secundum commun. estim. valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum ut dictam ecclesiam eidem Domini perpetuo unire .. dignaremur. Nos igitur .. ecclesiam predictam, que titulus Cardinalatus existit .., et ad quod dilecti filii nostri Ypoliti eiusdem S. Lucie diaconi Cardinalis expressus accessit assensus, cum annexo beneficio huiusmodi ac omnibus iuribus et pertinentiis suis, absque preiudicio tituli Cardinalatus huiusmodi, .. perpetuo unimus annectimus et incorporamus, ita quod liceat priori et fratribus prefatis .. corporalem ecclesie et annexi beneficii .. possessionem .. libere apprehendere, illiusq. fructus, redd. et prov. in suos ac domus et ecclesie ac annexi beneficii predictorum usus et utilitatem convertere, cuiusvis licentia superioris minime requisita. Non obstantibus .. Provisis quod .. dicta ecclesia S. Lucie debitis non fraudetur obsequiis, et animarum cura in ea nullatenus negligatur .. Nulli ergo ..

Datum Rome apud S. Petrum curio. MDIII, 3^o K^oali Februarii, pontificatus nostri anno 2^o.

A. B. Julii II, au. 3. tom. 9, p. 274, (1504-05) Pro Leonardo de Bertinis pensio super monasterio S. Crucis - [Ex Indice Garampi n^o 556 f. 102^o; quia deest modo in Arch. Vat. solum supra notat.]

Depunt in Bulla
verba: eidem
Domini

- 1510, 11r Augusti.

= Venditio vineae facta conventui S. Crucis. =

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem MDX, Indict. XIII, die vero XIII mensis Augusti, pontificatus S. m. d. n. Julii. . pape II, anno VII, In mei notarii publici, testiumque infrascriptorum . . presentia personaliter constitutus nobilis vir d. n. Marius de Cerronibus civis Romanus de Regione Campitelli . . sponte et ex eius certa scientia . . vendidit . . Rev. m. d. n. B. . . Episcopo Sabiniensi S. R. E. Cardinali S. Crucis, patriarche Hierosolimitano, licet absenti, me notario publico infrascripto pro dicto Rev. d. Card. suisq. heredibus et successoribus . . legitime stipulante et recipiente, quandam vineam ipsius d. n. Marii positam infra mœnia Urbis in Regione Montium prope sanctum Martinellum, cui ab uno latere est vinea d. n. Marij de Mellinis, ab alio vinea ipsius Rev. m. d. n. Cardinalis, ab alio vinea d. n. Pompeii de Ceretanis, antiquo vero lateribus via publica per quam itur ex ecclesia S. Petri ad Vincula versus Arcum S. Viti . . sub proprietate et annua responsione mon. r. S. Martini de Montibus de dicta Urbe XIV solidorum monete antiquae, decem Bononenses Romanos constituentium, annis singulis priori et fratribus dicti mon. r. persolvendorum, liberam . . ab omni alio onere . . Hanc autem venditionem . . fecit dictus d. n. Marius venditor predicto Rev. d. n. B. Cardinali . . pro pretio CCXXX ducator. de Carl[en]si monete veteris, quae CCXXX ducatos . . d. n. Marius venditor statim . . in prompta et numerata pecunia [fecit] Rev. viro V. n. Johanni Garpe

Cobano, presb^{ro} Calaguritan. dioc., ipsius R^{mi} dⁿⁱ Cardinalis
 cappellano et caudatario nomine ipsius R^{mi} dⁿⁱ Cardinalis
 .. Fuit etiam inter partes predictas similititer ordinatum
 quod si infra tempus X annorum proxime futu-
 rorum a die date presentis publici instrumenti
 computandorum idem R^{ms} B. Card^{us} seu sui he-
 redes et successores fecerint cavare in dicta vi-
 nea, requisito primo eodem d^{no} Mario venditore seu
 suis heredibus et successoribus, et reperirentur aliquae
 antiquitates tana in lapidibus, quam in monetis, sive
 alijs thesauris, si dictus d^{nus} Marius vel sui heredes
 statim venerint in auditorio [sic] cavationis huiusmodi
 et exposuerint medietatem expensarum circa cavatio-
 nem huiusmodi faciendam et rerum predictarum foras
 reperieandarum super terram ponendarum, quod tunc
 .. habere debeant medietatem antiquitatum et alia-
 rum rerum reperieandarum huiusmodi; et si id recu-
 saverint et statim adimplere neglexerint, tunc idem
 R^{ms} B. Cardinalis possit hoc facere sine ipsis, et
 habere omnia in dicta vinea reperienda, .. dictaque
 X annis elapsis dictus d^{nus} Marius venditor et sui he-
 redes et successores nihil habere debeant de rebus repe-
 riendis huiusmodi, nec vocari teneantur ad excava-
 tionem huiusmodi faciendam ..

Actum Rome in domo habitationis ipsius d. Marii
 venditoris in Regione Campitelli, auro, die, mense, indi-
 ctione, et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem
 honorabilibus viris dd. Paulo de Pacificis, et Bolognagio
 de Bononia, ac Guillelmo de Parisio laici Romane, bono-
 nien. et Parisien. civitatum sive dioec. testibus ad pre-
 missa vocatis specialiter ac rogatis, ..

Nos Franciscus Vittutus de Narvina U. S. D. primus col-
 lateralis curie capitulati ac presentis Illustris D. Se-
 natoris Locumtenens, habentes fidem huic sumpto
 fideliter .. exemplato de quodam folio reperto inter
 scripturas quondam bo. me. A. de Mera publici nota-
 ri per .. infrascriptum d. Felicianum de Cesis civem
 Romanum notarium publicum, quia facta compara-
 tione .. cum suo originali bene in omnibus .. concor-
 dare invenimus .. idcirco, ad fidem et testimonium
 omnium et singulorum premissorum, nos hic una cum
 infrascriptis qui correctoribus propria manu subscrip-
 simus, auctoritatem nostram pariter et decretum in-
 terponimus sub anno Domini MDXXIII, mensis No-
 vembri die XV, instantibus et petentibus priore et
 fratribus Sancte Crucis in Jerusalem assertis dona-
 tarij quondam R. Cardinalis Sancte Crucis principa-
 lis.

Et ego Felix de Villa civis Romanus publicus .. apostoli-
 ca et imperiali auctoritatibus Notarius, et .. officialis et cor-
 rector ven. Collegij procuratorum et notar. Alme Urbis ..
 huic sumpto .. fideliter exemplato prout supra per
 infrascriptum Felicianum de Cesis notarium publicum
 de quodam folio reperto inter scripturas q. bo. me. A.
 de Mera publici Notarii .. quia facta per ~~me et~~ infra-
 scriptum meum .. collegam diligenti auscultatione .. cum
 suo originali bene .. concordare invenimus .. ideo ad
 perpetuam rei memoriam hic propria manu subscripsi
 signumque meum apponi consuevum in fidem et testimonium
 premissorum die XV Novembrij 1524, instantibus et peten-
 tibus Priore et fratribus Sanctae Crucis in Jerusalem...

[Loco signi]

Inditione

Indictione XIII, mensis Novembris die XV, 1524. Auscultat. et collation. cum suo originali et concordat. Instantibus et presentibus Priore et fratribus Sancte Crucis in Jerusalem, assertis donatariis quondam Rmi Cardinalis Sancte Crucis, principalis.

Laurentius de Bonincouris [?]
Notarius et corrector.

Leon. X. brev. Minut. Arm. XL, fo. 2, n. {205-}
331-

- 1514 - 30 Maij -

N. N. Carbyianus fit medicus Pontificis, et eidem incungitur ut in domo S. Crucis commoretur.

Dilecte fili. Cum in arte medicine plurimum valeas operaque tua commode¹⁾ uti posse desideremus; ea propter tibi in virtute S. obedientie ac sub excommunicationis pena mandamus, ut vigi presentibus ad aliam Urbem nostram te conferas, et in domo S. Crucis de Urbe, Ordinis Carbyien, cuius frater existis, donec nobis visum fuerit, resideas, et ut id efficere valeas Superiori dicti Ord.²⁾ ac priori domus ... Caprensis dicti Ord.²⁾, in qua ad presens resides ceterisque officialibus ad quos spectat, etiam sub excommunicationis later sententie pena, mandamus, ut tibi licentiam ad nos proficiscendi postulanti, nulla exceptione opposita, continuo concedant, teque cum libris et suppellectili omni, que tibi fuerit visa necessaria, provisione insuper expensarum que in itinere huiusmodi requiruntur competenti facta, ad nos quamprimum venire permittant. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque et indultis illi Ordini, ac

1) textus: quibus
H.

2) spatium vacuum in testu
H.

presertim Caprensi domui, sub quavis forma concessis,
ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum [sic] [ultimo Maii 1544]

L. Cardinalis Sanctorum Quatuor

Jacobus Sadoletus.

Leon. X. Brev. Minut. Arm. XL, fo. 2. n. 332.

Dilecte fili. Cum in arte medicinae plerimum
valeas, operaque tua nobis fortasse aliquando
necessaria futura sit; ea propter tibi in virtute
S. Obedientiae, ac sub excommunicationis pena man-
damus, ut visis presentibus ad aliam Urbem no-
stram te conferas; et in domo S.^{ae} Crucis de Urbe
Ordinis Cartusien., cuius frater existis, donec
nobis visum fuerit, resideas. Quod ut efficere com-
modius valeas superiori dicti Ordinis, ac prioris
Domus S. Jacobi Capren. dicti Ordinis, in qua
ad presens resides, ceterisque officialibus ad quos spe-
ctat, etiam sub excommunicationis late sententiae
pena, mandamus ut tibi licentiam ad nos profici-
tendi patulanti, nulla exceptione opposita, continuo
concedant, teque cum libris et suppellectili tua omni
quae tibi fuerit visa necessaria, provisione et super
expensarum quae in itinere huiusmodi requiruntur
competenti facta, ad nos quamprimum venire per-
mittant. Non obstantibus constituti^{bus} et ordinat.^{ibus} apo-
stolicis, privilegij quoque et indultis illi Ordini, et
presertim Capren. et Neapolitan. domibus sub
quavis forma concessis, ceterisque contrariis quibuscunque,
Datum etc. Romae die ultimo Maii 1544, anno II.

ch. Nat. Fondo Certosini, pergamina, n. 21.

- 1522. 14 Aprilis. -

[Emptio facta a Bernardino Cardinali S. ^{ae} Crucis.]

In Nomine Domini amen. anno a natiuitate eiusdem
 MDXXII, Indictione X^a, die vero Lune XIV mensis Aprilis,
 tempore suscepti apostolatus officii a S. d. n. Adriano
 papa VI anno I, In mei notarii publici et testium
 infrascriptorum .. presentia, ad sonum campanae, in
 loco capitulari .. congregati religiosi patres frater Ni-
 colaus de Carquano prior, frater Dionisius de Media-
 lano, frater Augustinus de Casali, frater Hieronymus
 de Tanna, frater Apollonius de Calvisano, fr. Melias
 de Crema, fr. Ludovicus Maria de Ciriaco, [fr.]
 Iohannes Cristostomus de Ustiano, fr. Bonifacius
 de Pereto, fr. Benedictus de Preleone, fr. Marianus
 de Ferraria, fr. Alfonsus de Brivilio [?], fr. Angeley
 de Casnoro, fr. Silvester de Lentasso, fr. Hilarius
 de Vignali, fr. Florianus de Ustiano, fr. Iohannes
 Paulus de Como, fr. Consolatus de Vercellis, fr. Pau-
 linus de Crema, fr. Iohannes Antonius de Camerino,
 fr. Seraphinus de Tanna, fr. Aurelius de Villa-
 franca, fr. Iohannes Maria de Ustiano, fr. Che-
 rubinus de Moreta, fr. Iohannes Petrus de Sancto
 Germano, fr. Nicolaus de Baurino, fr. Andreas de
 Clavasio, fr. Labinus de Brixia, fr. Basilius de
 Brixia, fr. Placitus [?], de Vercellis, fr. Victorianus
 de Foresina, fr. Constantinus de Limburno, fr. Iohan-
 n. Baptista de Sarrana, fr. Andreas de Caravagio, fr. Ne-
 lites de Belinzona, fr. Ventura de Castello, fr. Bona-
 ventura de Vercellis, fr. Abundus de Cano, fr. Nicolaus

de la Rocha, fr. Libertinus de Paceto, fr. Apollonius de Caneto, fr. Durandus de Villanova, fr. Bartolomeus de Villanova, fr. Peregrinus de Casali, fr. Theobias de Caliano, fr. Johannes Bonus de Hipporegia, fratres domus Beate Marie de Populo de Urbe Ordinis S. Augustini Capitulum eiusd. domus seu conventus facientes .. salvo sedis apostolice beneplacito, sumptibus emptoris expediendo, vendiderunt .. et tradiderunt Rev.^{mo} d.^{no} Bernardino Lupi Carvajal. episcopo Otien. S. R. E. Cardinali S. Crucis in Hierusalem patriarche Hierosolimit. licet absenti et pro eo Rev.^{do} d. Alfonso Gometi de Portillo magistro domus sue Rev.^{me} dominionis .. quondam eorum et dicti mon.^{rii} domum sitam in Regione Pontis in frontispicio ecclesie Beate Marie in Posterula de Urbe, cui ab una parte domus quedam ad dictam eccl.^{iam} Beate Marie in Posterula spectans, et ab alia parte domus illustris Comitis de Terna coheret, ac ante via publica .. liberam .. ab omni onere .. Hanc autem .. venditionem .. fecerunt dicti prior et fratres venditores predicto Rev.^{mo} d.^{no} Bernardino Episcopo Cardinali proprio .. Mille ducatorum de Carlenis, ad rationem X Carlenorum pro quolibet ducato .. quos quidem mille ducatos .. prefatus .. Ep.^{us} Card.^{alis} emptor, per manus nobilis viri d. Ayaldi de Grimaldis et sociorum mercatorum Jamensium Romanam curiam sequentibus, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, eisdem Priori et fratribus venditoribus presentibus .. tradidit, dedit et consignavit. Acta fuerunt hec Rome in domo Capitulari dicti conventus sub anno et alijs quibus supra, presentibus ibidem ven.^{bus} viris dd. Johanne Navarro, et Petro Gometi Freyle, et Petro Diez de Valboa, clericis

omittuntur hic pro
 hae consuetudine
 tarioreum formalae
 fl.

Pampilonen., Boletan., et Astorien. Dioces., testibus ad premissa
 vocatis specialiter atque rogatis. Deinde eisdem anno,
 Indictione et mense, die vero dominica XXVII eiusdem,
 in mei dicti et infrascripti notarii testiumque infra-
 scriptorum.. presentia, personaliter constitutus Rev.^{mus}
 d. Bernardinus ep.^{us} Ostien. card.^{us} S. Crucis in Iherusalem
 principalis principaliter pro se ipso.. constituit.. suos.. pro-
 curatores.. ven.^{tes} viros dd. Iohannem Navarro, et Pe-
 trum Lizano, clericos Pampilonen. et Oxomen. dioc. abgen-
 tes.. ad ipsius Rev.^{mi} d.ⁿⁱ constituentis nomen et pro eo, se
 se de dicta domo.. investiri petendum necnon.. posses-
 sionem dicte.. domus.. capendum.. Acta fuerunt
 hec Rome in edibus prefati Rev.^{mi} d.ⁿⁱ constituentis,
 presentibus ibidem ven.^{tes} viris dd. Nicolao de Crema
 et Didaco Argote clericis Placentin. et Salamantin. dioc.
 dicti Rev.^{mi} d. Card.^{us} familiaribus, testibus ad premissa
 vocatis.. atque rogatis.. Subsequently anno, Indictione,
 et mense quibus supra, die vero Lune XXVIII eiusdem,
 Rome intra dictam domum ut supra.. emptam, in
 mei dicti notarii ac infrascripti, testiumque infrascripto-
 rum.. presentia.. supradicti dd. Iohannes Navarro et
 Petrus Lizano procuratores prefati Rev.^{mi} d. Card.^{us}.. se
 de dicta domo.. investiri ac in corporalem possessionem
 .. induci per me dictum notarium.. postularunt. Ex
 tunc Ego Notarius infrascriptus, vocato egregio viro magi-
 stro Diascorde de Vellan medicine doctore ad presens dictam
 domum inhabitante, eique emptione exposita, et clavibus
 dicte domus ab eo petitis et habitis, prefatos Iohannem Na-
 varro et Petrum Lizano procuratores nomine procuratorio
 prefati Rev.^{mi} d. Card.^{us} de dicta domo.. investivi.. Acta
 fuerunt hec Rome in et pre domo predicta,

presentibus ibidem ven.^{by} viris dd. Petro de Sande,
et Bartolomeo Fernandez commendatore, clericis Lu-
cen., et Ulixbonen. dioc., testibus ad premissa voca-
tis specialiter atque rogatis.

[Hoc signi] Et Ego Henricus Brandis, clericus Bremen. dioc.,
apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius, ac
archivi Romane curie scriptor, quia premissis
omnibus et singulis .. una cum prenominate testibus
presens interfui .. hoc presens publicum instrumentum
fieri feci, subscripti, publicavi et in hanc publicam
formam redegi, signoque et nomine meis consuetis
ac solitis signavi in fidem et testimonium omnium
et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Arch. Vat., Fondo Certosini, pergam. n. 22.

— 1523, 11 Decembris.

In Nomine Domini Amen. Per hoc presens publi-
cum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit
notum: quod anno a natiuitate Domini MDXXIII,
Indict. XI^a, die vero XI^a mensis Decembris, pontif.^{atus}
S^{mi}. dⁿⁱ nostri dⁿⁱ Clementis .. pape VII anno I, in
mei Notarii publici et testium infrascriptorum ..
presentia personaliter constitutus Rev.^{mus} d. Ber-
nardinus Carvaial, episcopus Hostiensis S. R. E.
Cardinalis, S. Crucis in Ierusalem vulgariter man-
cipatus, infirmus corpore, sanus tamen mente
et ratione, considerans quod eventus mortis sunt
dubii, tamen quod indubitanter semel mori oportet,
nolens quod capella sancta nuncupata, sita et de-
seruita in ven.^{la} Basilica monasterii Sancte Crucis
in Ierusalem de Urbe, Ordinis Carthusien., ad quam

textus: sint

singularem gerit devotionis affectum, indotata res
 maneret, et ut prior et fratres eiusdem mon^{ri} pro
 tempore existentes pro ipsius Rev. d. Cardinalis, ac illor^{um}
 rum pro quibus Deum orare et orari facere teneba-
 tur, preces Altissimo effundere, iuxta ordinationem
 suam vel suorum heredum desuper faciendam, te-
 nerentur et deberent, premissis et alijs de causis,
 ut asseruit, animum suum moventibus, .. gratis
 et sponte .. quandam ipsius Rev. d. Cardinalis do-
 mum sitam in Urbe in frontispicio sive opposito
 ecclesie S. Marie in Posterula etiam de Urbe^{de} Re-
 gione Pontis, quam in presentiarum inhabitat et
 ad pensionem retinet mag^r. Dyascordes medicus et
 civis Romanus, cuius domus isti sunt confines, vi-
 delicet ab uno latere est domus S. Marie in Posterula,
 via publica, ex opposito est domus Johannis Fran-
 cisci de Martellis, ab alio latere est domus Came-
 re apostolice, .. necnon quandam eius vineam si-
 tam etiam in Urbe prope S. Martinellum in Mon-
 tibus, cuius confines sunt isti, videlicet a capite
 est vicus per quem iter ad Septem Salas, ab uno
 latere est via publica, versus meridiem est vinea
 Prosperi Grifonis, a pede est vicus vicinalis et bona
 S. Petri ad Vincula ... donatione .. que dicitur inter
 vivos .. donavit .. et concessit cum conditionibus ta-
 men et pactis ac penis per ipsum Rev. d. Cardina-
 lem vel suos heredes in presenti instrumento, vel
 alio ad partem exprimendis et apponendis, .. surogans
 priorem et fratres pro tempore ipsius monasterii existen-
 tes, nomine ipsius capelle, in locum ius et privilegium
 suum, ita quod ipsi et eorum quilibet, .. ^{possint} dictas .. domum

et vineam in emphyteosim perpetuam vel ad tempus, in evidentem tamen ipsius capelle utilitatem, persone seu personis eis benevolis concedere, ac pecuniarum summas ex fructibus locationum seu concessionum huiusmodi recipere, et in suos et dicte capelle usus et utilitatem convertere, .. omnia que alia et singula facere, .. que ipsemet Rev.^{mus} D. Cardinalis donator ante presentem donationem .. facere poterat et valeret., Nam autem donationem .. promisit idem Rev.^{mus} d. Cardinalis non revocare, sed illam tenere et observare et contra eam non venire .. Super quibus omnibus .. idem Rev.^{mus} d. Cardinalis donator sibi a me notario publico infrascripto unum vel plura .. fieri petiit .. instrumenta.

Acta [fuerunt] hec Rome in edibus eiusdem Rev.^{mi} d.ⁿⁱ Cardinalis, sub anno, indictione, die, mense, et pontificatu quibus supra; presentibus ibidem Rev.^{do} ac nobilibus et ven.^{bis} viris dd. Francisco de Carvaial sedis apost.^{ca} prothonotario, et Francisco etiam de Carvaial layco Placentinen., necnon Petro de Cannas, et Desiderio de Adintorio, clericis Saguntin. diocesi, et Sigrin. civitatis, testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

[Loco Signi]

Et ego Johannes Navarro, clericus Pampilonen. dioc., publicus apost.^{ca} auctoritate notarius, ac in officio Archivi Romane Curie descriptus, quia premissis omnibus et singulis .. una cum prenomminatis testibus presens fui, eaque .. in notam sumpsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum extraxi, subscripsi et publicavi, signoque et nomine meo .. signavi in fidem premissorum omnium requisitus et rogatus.



Arm. XLI, tom. 27, n.º 333. f. 106.

— 1543, 27. Maii —

Dilectis filiis Benedicto S. Hieronymi prope Bononiam,
Damiano S. Marie de Gratia prope Papiam, et
Theobaldo S. Marie prope Pisas, et Antonio S.
Martini prope Neapolim Monasteriorum Ordinis
Cartusienſium prioribus, et eisdem Ord.^{is} Visitatoribus.
Paulus pps. III.

Dilecti filii salutem. Cum, sicut accepimus, vos
ratione subsidii medietatis fructuum veri an-
nui valoris, secundum communem estimationem ar-
bitrandi, cunctis Congregationibus regularibus per
totam Italiam constitutis, mendicantibus dentat
exceptis, pro republica christiana conservanda, nu-
per per nos impositi, pro rata Congregationem ve-
stram quoad monasteria in Italia existentia con-
tingente, summam X millium ducatorum auri
de Camera, ad rationem Juliorum XII pro quolibet
ducato, iuxta compositionem per vos cum dilecto
filio Guidone Ascanio S. Castachii Diac. Cardinale
nostro et S. R. E. Camerario, nomine ipsius Congre-
gationis factam, in certis tunc expressis terminis
solvere promiseritis, et ad id vos cunctaque mo-
nasteriorum dicte Congregationis vestre bona obliga-
veritis pro ipsorum prioribus de rato promittendo,
prout in instrumento obligationis desuper confecto
plenius dicitur contineri, Nos volentes quod vos
indemnes releverimini, quodque Congregatio predicta
desuper occasione dicti subsidii ulterius ultra dictam
compositionem non molestetur opportune providere,
quod vos vel unus vestrum, per vos vel alium seu

alios a vobis deputandos, omnes et singulos quorum
 cunque monasteriorum dicte congregationis priores
 et Rectores pro rata illorum monasteria ratione
 dicte summe X millium ducatorum tangente taxare,
 ipsamque taxam et exinde provenientes pecunias
 a prioribus et Rectoribus predictis recipere et exigere,
 de receptis quoque et exactis soluentes quolibet,
 etiam cum pacto de rem habitam ulterius non
 petendo, quietare et liberare, dummodo ultra
 summam X millium ducatorum predictorum non exi-
 gatur, libere et licite possitis et valeatis, ex certa
 nostra scientia statuimus et ordinamus. Et quia,
 ut etiam accepimus, monasteria congregationis pre-
 fate, propter malas temporum conditiones, eo in
 statu sunt ut summam X millium ducatorum
 predictam ex ipsis redditibus solvere nullo pacto
 possint nisi ad venditionem aliquorum bonorum
 ad ipsa monasteria spectantium, et ad taxam pre-
 dictam pro rata inter singula monasteria predicta
 distribuenda ~~de~~ deveniatur, quod vos aut unus ve-
 strum cum priore cuiuslibet monasterii de cuius
 bonis alienandis agetur, ut bona mobilia et im-
 mobilia, ac etiam loca seu redditus locorum dicto-
 rum monasteriorum in officio sancti Georgii Civita-
 tis Janue existentia, vasis pretiosis sacro cultui
 necessariis, et aliis per Concilium Viennense in tali-
 bus casibus alienari prohibitis penitus exceptis,
 ad monasteria predicta quomodolibet spectantia, usque
 ad summam X millium ducatorum huiusmodi in totum
 et non ultra, et quilibet solum pro rata ei contin-
 gente, quibusvis personis tam laicis quam clericis

pro seipsis eorumq. heredibus et successoribus, in perpetuum vendere et alienare.. seu si videbitur ad hunc effectum.. pignori vel hypothecare et sub quibuscunque licitis pactis.. in perpetuum vel ad tempus locare, et in emphyteosim etiam perpetuam dare, ac alios de illis ut videbitur disponere, pretiumque exinde proveniens in solutionem premissam convertere; et specialiter quod tot bona terras prata seu possessiones tam dotis quam fabricae domus prefati Ordinis prope et extra Papiam, videlicet secundum fundationem dotis pro rata ipsius dotis, et secundum fundationem fabricae pro rata ipsius fabricae, et hoc non solum pro rata et portione contingente dicte domus Papie pro solutione fienda presentis compositionis annate, videlicet X mille ducator. ut supra, sed etiam pro solvendo debito creditoribus dicte domus Papie facto occasione alterius compositionis medietatis fructuum, facte et solute in XIV millebus ducatis auri, sub anno preterito per nos imposita, vendere et alienare, et quecumque venditionis et alienationis instrumenta publica cum premissionibus, obligationibus et alijs solitis clausulis confici et fieri consentire.. possitis et valeatis.. concedimus et indulgemus. Et insuper vos et quemlibet vestrum in solidum, necnon per vos aut aliquem vestrum deputandos, ad ea omnia ut prefertur facienda et exercenda et realiter exequenda nostros et dicte sedis Commissarios specialiter et expresse.. constituimus et deputamus, dantes vobis.. facultatem contradictores quoslibet, et ratam huiusmodi solvere recusantes, si Visitatores, priores, procuratores, aut vicarii fuerint illico, si in terminis

per vos vel alterum ex vobis aut deputandos prefatos assignatis realiter non persolverint, ab officiis suis suspendendi et active et passive vobis beneficio inhabiles declarandi, prout nos tenore.. presentium, ex nunc prout ex tunc et e contra, inhabiles esse volumus atque declaramus, eorumque monasteria interdicendi donec solutionem dicte taxe in manibus vestris aut deputandor. prefatorum fecerint, Dilecto autem filio Maioris Cartusie priori, dicti Ordinis generali moderatori, eos postquam paruerint ad ipsorum officia restituendi ac eos habitandi et interdictionum huiusmodi tollendi, recusantes quoque persolvere per censuras et penas eccles^{cas} et alia opportuna iuris remedia ad ratam X millium ducator. huiusmodi, necnon ultra illam ad quarumcunque expensarum per vos et deputatos huiusmodi legitime propterea eorum culpa factarum et fiendarum integram solutionem compellendi, contradictores quoslibet et rebelles quoscumque, cuiuscunque status sint aut conditionis, per easdem censuras et penas, appellatione postposita, compescendi.. et auxilium brachii secularis invocandi.. plenam et liberam.. facultatem concedimus. Decernentes venditionem, pignorationemque bonorum quorumcunque premissorum ac contractus et obligationes presentium litterarum vigore.. fiendos, validos et efficaces fore.. et suos effectus sortiri et inviolabiliter observari.. debere.. Mandantes quoque eidem Guido Alcanio Cardinali et Camerario, aliisque ad quos spectat, quatenus soluta summa ut prefertur Ducatorum X millium.. vos et monasteria a solutione dicti subsidii liberent et quietent, ac premissorum occasione

molestias aliquas vobis non inferant, nec ab alijs inferri permittant. Non obstantibus .. Volumus autem quod vos et alii priores Ordinis et congregation. prefatarum eadem bona presentium vigore alienata redimere, seu loco bonorum alienatorum huiusmodi tot alia bona pro ipsis locis quorum bona ipsa alienata fuerint infra XV annos, a die alienationis huiusmodi computandos, pro concurrenti quantitate emere et acquirere teneamini. Et quia difficile foret presentes litteras ad singula queque loca in quibus expediens foret deferre, volumus .. quod earundem transumptis litterarum, manu notarii Camere apostolice inde rogati, vel alterius cuiuscunque publici notarii subscriptis, et sigillo alicuius personae in dignitate eccl^{ca} constitute munitis, eadem proorsus fides adhibeatur, in iudicio et extra illud, que adhiberetur ipsis originalibus si forent exhibite vel ostense.

Datum Bononie 27 Maij 1543, anno IX.

Reg. Vat. Pii IV, n. 1928 fol. 32.

— 1561, 27 Julii.

Miscell. Arm. IV, to. 16, fol. 244 [impressa]

[Translatio Carthuse S. Crucis ad S. Mariam Angelorum]
Pii etc. Ad perpetuam rei memoriam. Superua dispositione, cuius inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa, in supereminenti apostolice dignitatis specula, enervatis licet imparibus, constabunt, inter ceteras curas .. illam libenter amplectimur per quam .. monasteria singula, praesertim in alia Urbe nostra consistentia, ne his propter aeris intemperiem debita monachorum .. frequentia destitutis, divinus cultus ullum patiatur dispendium

in loca salubriora transferantur, ubi alia tam ad Dei, Virginisque Matris laudem et honorem, quam ad Urbis ornatum monasteria construantur.. Considerantes itaque monasterium S. Crucis in Hierusalim nuncupatum in atrio Sessoriano de Urbe Cartusien. Ordinis, aeri tam maligno subiacere, ut dilecti filii illius Prior et Conventus non sine magno vitae suae discrimine, aestivo praesertim tempore inibi residere, debitum, que Altissimo famulatum praestare valeant. Et si in Thermis Diocletiani nuncupatis etiam de Urbe, quae ad Nos et Cameram apostolicam pertinent, Ecclesia in qua prior et fratres praefati divinis obsequiis insistant, erigeretur et institueretur, illaque una cum Thermis ipsis priori et fratribus praefatis ad hoc ut ipsi aliud ibi monasterium cum claustris, cellulis, aliisque officinis et aedificiis iuxta ipsius Ordinis ritum construere, et ad quod se transferre, ac ubi deinceps habitare possent, concederetur et assignaretur, ac fructus, redditus, proventus, census, et possessiones, et alia bona mobilia et immobilia, necnon ornamenta et sanctorum Reliquiae eiusdem mon.^{rii} S. Crucis ad ipsum sic erigendum mon.^{nium} eiusque ecclesiam transferrentur ac illis applicarentur, ex hoc profecto non solum corporali prioris et singularium personarum conventus praedictorum fanitati prosperaeque valetudini, et divini cultus augmento, verum etiam Thermarium, quarum parietinae per multa iamque secula derelictae et neglectae paulatim collabi

noscuntur, mantentione, et Urbis praedictarum
 decori, venerandaeque in eis antiquitatis me-
 moriae non mediocriter consulatur. Quare
 Nos, qui hoc opus pium et honestum, quantum
 in nobis est, promovere, dictamque Ecclesiam
 ad Dei laudem et honorem, sub invocatione
 Sanctae Mariae Angelorum, sumptibus nostris
 construere et aedificare, Domino cooperante, pro-
 pediem intendimus, priorem et singulares perse-
 nas conventus huiusmodi a quibusvis excommu-
 nicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque eccl-
 siasticis sententijs, censuris, et poenis .. si quibus
 quomodolibet innotati existunt, ad effectum praes-
 entium duntaxat consequendum .. absolventes
 .. Necnon omnium et singulorum privilegiorum,
 .. indulgentiarum, etiam plenariarum, .. altiarum
 que facultatum et gratiarum eisdem mon.^{rio}
 S. Crucis, eiusque Ecclesiae priori, conventui, ac
 fratribus, et personis Ecclesiam ipsam visitanti-
 bus quomodolibet concessorum, litterarumque de
 super confectarum tenores, ac mon.^{rio} et conven-
 tus fructuum, redd., et prov., .. et thermarum
 praedictarum valores .. praesentibus pro suffi-
 cienter expressis habentes: Motu proprio, non
 ad ipsorum Prioris et conventus ..^{nobis} super hoc obla-
 tae petitionis instantiam, .. thermas praedictas
 cum omnibus et singulis suis ambitu, parietinis,
 iuribus et pertinentijs ab ipsa Camera, et prae-
 terea si dilecti filii Populus Romanus, eorumve
 Conservatores, vel alii Magistratus ius aliquod
 in eisdem thermis vel ad illas haberent, aut alias

quoquo modo praestendere possent, illud quoddam
 que sit ab eis auctoritate apostolica .. perpetuo
 abdicamus, separamus, et abrogamus, illaque
 priori, et conventui, atque adeo universo Ordini
 praedictis ad praemissum et infrascriptum effectum
 omni meliori modo, etiam perpetuo liberaliter do-
 namus, concedimus et elargimur. Necnon Priori
 et conventui, Ordinique praefatis, ac eiusdem Ordinis
 superioribus, fratribus, et personis pro tempore exi-
 stentibus, ut ibi in loco de quo sibi magis vi-
 debitur, mon.^{rii} eiusdem Ordinis cum claustris, cel-
 lulis, hortis, hortaliis, aliisque officinis et aedi-
 ficiis opportunis, et iuxta ipsius Ordinis ritum fe-
 ri solitis, construere et aedificare, seque ad illud,
 cuiusvis licentia minime requisita, transferre
 et ibi permanere, ac omnia et singula sui antiqui
 mon.^{rii} praedicti suppellectilem, ac eccles.^{ia} paramen-
 ta, ornamenta, sanctorum reliquias, aedificiorum
 etiam antiquorum materias quasumque, aliasque
 res tam sacras quam profanas, et mobilia bona
 ad novum mon.^{rii} eiusque Ecclesiam huiusmodi
 transportare, et ibi in locis decentibus et congruis
 recondere et consignare, necnon thesaurarium
 parietinis, arcis, et aliis locis ad huiusmodi constru-
 ctionem, namque habitationem ubi, omniaque et sin-
 gula in eisdem thesauris earumque pertinentiis tan-
 quam in re propria facere et exequi libere et li-
 cite valeant, plenam et liberam, eisdem auctori-
 tate et tenore, licentiam, facultatem et auctoritatem
 de speciali gratia concedimus et indulgemus. Necnon
 fructus, redd. et prov., census, iura .. et alia immobilia

bona universa ad Mon.^{ium} S. Crucis et eius Ecclesiam,
 etiam ex fundatione et dotatione, ac Romanor.,
 Pontificum praedec. nostrorum, Imperatorum, alio-
 rumq. principum, et christifidelium largitionibus,
 ac alias quomodolibet spectantia, et quae in futu-
 rum pertinere possent, ab eisd. Mon.^{io} et Ecclesia
 S. Crucis. dismembramus et separamus, illaque
 Mon.^{io} et Ecclesiae in Thernis construendis huiusmo-
 di etiam perpetuo applicamus et appropriamus,
 necnon omnia et singula privilegia, praerogati-
 vas, immunitates, exemptiones, libertates, et indul-
 gentias, etiam plenarias, peccatorum remissiones,
 quibusvis anni festivitibus et diebus ibidem
 concessas, aliasque facultates, indulta, et gratias
 Mon.^{io} S. Crucis, eiusque Ecclesiae, Priori, conven-
 tui, fratribus, et personis, ac fidelibus illa pro
 tempore visitantibus per quosunque quomodolibet
 concessa, ac etiam stationes hactenus in ipsa
 Ecclesia S. Crucis quadragesimali, et alij anni tem-
 poribus haberi et celebrari solitas, cum suis in-
 dulgentiis et meritis, ad construendam Mon.^{ium} eius-
 que Ecclesiam, ex nunc prout ex tunc postquam
 constructa et aedificata, fratresque ad illa transf-
 lati fuerint, ac priorem, conventum, fratres, perso-
 nas, et illa visitantes praedicta, respective transf-
 ferimus et transportamus. Et nihilominus potiori
 pro cautela illa omnia et singula eisdem modo
 et forma, quibus Mon.^{io} S. Crucis, et illius Ecclesiae,
 priori, conventui, fratribus, personis, et alij illa
 visitantibus concessa sunt, Mon.^{io} et eius Ecclesiae
 construendis, etiam ex nunc, prout ex tunc postquam

constructa fuerint, ac priori, conventui, fratribus, et
 personis huiusmodi plenarie ac perpetuo ex certa
 scientia; et insuper ut Ecclesia in Chermis per nos
 aedificanda huiusmodi in maiori veneratione habeatur,
 ipsique christifideles illam eo libentius invisent,
 quo se maiora dona spiritualia ex hoc temperint
 esse consecuturos, .. omnibus et singulis utriusque
 sexus christifidelibus vere poenitentibus et confes-
 sis, seu statutis a iure temporibus confitendi pro-
 positum habentibus, qui dictam Ecclesiam Nativitatis,
 Paschatis Resurrectionis Dominicae, Penthecostes, et
 Veneris sancti in Parasceve, ac Nativitatis, Purifica-
 tionis, et Assumptionis eiusdem B. Mariae Virginis
 festivitatis, ac etiam in die Dedicationis eiusdem
 Ecclesiae a primis vespere usque ad occasum solis
 festivitatum et dierum huiusmodi devote visitave-
 rint, plenariam omnium peccatorum suorum in-
 dulgentiam et remissionem, etiam perpetuo, .. con-
 cedimus, largimur et indulgemus. Nec non mona-
 sterium in Chermis aedificandum eiusque Ecclesiam
 huiusmodi in titulum vel denominationem Card.
 natalis, aut alterius cuiusvis perpetui Beneficii
 Ecclesiae, per nos vel Successores nostros Romanos
 Pontifices pro tempore existentes et sedem apostolicam
 quovis praetextu, vel occasione, aut ex quaunque
 etiam urgentissima .. causa, etiam contumaciter,
 nullo unquam tempore erigi, vel alias de illis
 quovis modo in alterius quam ipsius Carthusiensis
 Ordinis favorem, et de expresso illius Superiorum
 consensu disponi posse, ac quascunque erectiones,
 collationes, provisiones, uniones .. suppressiones, concessiones,

et alias contrarias dispositiones de illis pro tempore,
 etiam consistorialiter, ut praefertur, factas, nullas et
 invalidas .. existeret, .. praesentesque litteras, et in eis
 contenta quaecumque vim validi et efficaciis con-
 tractus inter nos et sedem ex una, ac Priorem
 et conventum ac Ordinis Superiores praedictos per
 tibus ex altera legitime initi, et solemniter etiam
 in Consistorio de Fratrum consilio stipulati prorsus ha-
 bere, nec concessionem et alia praemissa litterasque
 praesentes de surreptionis vel obreptionis aut nul-
 litatis vitio sive intentionis defectu .. ullatenus
 notari vel impugnari, nec quinquam ea oppugna-
 tem in iudicio vel extra .. audiri posse, .. nec non
 quicquid secus super his a quoquam .. attentario
 contigerit irritum et inane decernimus ac etiam
 perpetuo habuimus. Quocirca Ven.^{ty} fratribus no-
 stris Feltr. et Amerin., ac Pisaren. Episcopis ..
 mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum,
 per se vel alium seu alios, praesentes litteras et
 in eis contenta quaecumque, ubi et quando opus fue-
 rit, ac quoties pro parte Prioris conventus ac supe-
 riorum Ordinis et fratrum praedictorum, aliorum,
 que quorum interest fuerint requisiti, solenni-
 ter publicantes, eisque in praemissis .. efficaciis
 defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate
 nostra Priorem, conventum, Superiores Ordinis, fratres,
 et alios praemissos abdicacione, separatione, dona-
 tione, concessionibus et aliis praemissis, nec non
 praesentibus litteris integre uti, frui, et gaudere ..
 Contradictores .. Non obstantibus .. Nulli ergo ..
 Datum Romae apud S. Marcum anno .. MDLXI. VI Kal. Augusti .. a. 2^o.

Ann. XLII, to. 16. n.º 292 et 293. — 1561, 29 Septemb.

Pap. pp. IV.

Dilecto filio priori generali monasterii Carthujiae
 Gratianopolitani. Dioec. Dilecte fili, salutem..

Nuper dum consideraremus Ecclesiam S. Crucis
 in Hiernyalem de Urbe, eiusque monasterium
 vestri Carthujien. Ordinis, aeri tam insalu-
 bri subiacere, ut dilecti illius prior et con-
 ventus frequentibus infirmitatibus agitari
 non solum Ecclesiae praedictae, deque servi-
 tui, ut par esset, minime intisteret, sed
 nec ibi sine vitae periculo, aeterno praeser-
 tim tempore, morari possent, Thermas vero
 ipsius Urbis Diocletiani nuncupatas, in loco
 salubri sitas, a multis seculis inhabitatas
 et, ut extabant, ad nihilum utiles esse, ea-
 rumque muros, situ vetustateque collabentes,
 a nemine preservari; et si mon.^{rium} illiusque
 prior et conventus praedicti ad ipsas Thermas
 transferrentur, ac ibi una Ecclesia in qua
 fratres debitas Altissimo laudes, divinaeque
 praestarent officia, ac aliud mon.^{rium} pro commo-
 do praedictorum, aliorumque dicti Ordinis fra-
 trum Romanam pro tempore venientium habi-
 tatione construerentur, ex hoc et divini cultus
 augmento, et Ordinis universi commodo, fratrum
 que tam urbanorum, quam huc aliunde con-
 fluentium sanitati non mediocriter consideretur.
 Nos, qui religionem vestram Carthujianam pecu-
 liari quadam protequimur charitate, negotium
 huiusmodi ad optatum finem deduci cupientes,

Thermas praedictas cum iuribus et pertinentiis suis
 Priori et conventui praefatis ad effectum huius-
 modi translationis novique mon.^{ri} in illis aedifi-
 candi, Motu proprio per alias nostras litteras
 concessimus, ac ibidem unam ecclesiam nostris
 propriis sumptibus, altissimo favente ^{& consuetudine,} sub invoca-
 tione B. Virg. Mariae omniumque archangelo-
 rum et Martirum, tanque [sic] ad Dei laudem
 consecravimus. Cum autem prioris et conventus
 praedictorum facultates huic mon.^{ri} construendo sint
 impares, sed ad id ceterorum monasteriorum et,
 de perpetuo quorum commodo honoreque tractatur,
 fratrum universi Ordinis praefati, cuius tu ca-
 put esse dignosceris, suffragia necessaria fore con-
 stet; motu simili et ex certa nostra scientia,
 discretioni tuae, tibi, etiam in virtute sanctae
 obedientiae et sub excommunicationis latae sententiae
 pena, districte praecipiendo, per praesentes man-
 damus et committimus, quatenus statim visis
 praesentibus, quanto citius poteris, unum subsi-
 dium XXX millium Ducatorum curi de camera
 super universis et singulis Galliae, Hispaniarum,
 et Italiae, provinciarumque illis adherentium
 tam virorum quam mulierum monasteriis, aliis
 que regularibus locis eiusdem Ordinis, eorumque
 fructibus, redditibus, et proventus, iuribus, obven-
 tionibus, et emolumentis, pro rata valoris singu-
 lorum, prout illius notitia commode habere po-
 teris, infra tres annos proxime futuros, tribus
 aequis portionibus et solutionibus, videlicet X mil-
 lium Ducatorum annuatim, hic Romae singulis

(actus: persolvendam)

annis triennii huiusmodi, ipsorum monasteriorum periculo et expensis integre persolvendum, et in fabricam mon.^{rii} in Therinis aedificandi huiusmodi omnino converteendum, auctoritate nostra indicare et imponere, ac impositum, per te vel alium seu alios, realiter et cum effectu exigere et recipere, pecuniasque pro tempore sic ut praefertur exactas, X millium ducatorum videlicet annuatim, dicto durante triennio, ad priorem mon.^{rii} Urbis huiusmodi fideliter, libereque transmittere et illi consignari facere cures. Nos enim tibi subsidium XXX millium ducatorum praedictorum modo et forma praemissis imponendi, impositum singulis monasteriis et locis praefatis notificandi, illorum personas ut ad diem per te statuendam persolvatur, eadem auctoritate nostra, sub infrascriptis penis eo ipso incurrendis, monendi, illud exigendi et Romam transmittendi, necnon omnes et singulos priores, priorissas, aliosque superiores, et conventus monasteriorum eorundem, et quosvis alios sua communiter vel divim interesse putantes, et in executione citationum praesentium vigore, si tibi videbitur, decernendum nominandos, etiam per edictum publicum, constituto summarie et extrajudicialiter de non tuto accessu, quoties opus fuerit, citandi, .. eos omnes et singulos ad integram eiusdem subsidii solutionem, omni exceptione cessante, appellationeque remota, etiam percussuras et penas eccles.^{tas}, necnon fructuum, redd. et proventus praedictorum. .. sequestrationem et subtractionem usque ad aequipollent eorum debitum .. compellendi, de receptis quietandi .. plenam et liberam .. facultatem et

auctoritatem .. concedimus. Non obstantibus .. Vobis
 nulli autem quod praesentium transumptis, manu alicuius
 cuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius
 personae in dignitate eccles.^{ca} constitutae munitis,
 ubique locorum ea prorsus fides adhibeatur quae
 ipsis originalibus litteris adhiberetur si forent exhibi-
 tae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatorij
 die 29^a Septembris MDLXI, pontif.^{tus} nostri anno II.

Arm. XLII, fo. 16. f. 163, n. 321. — 1561. 11. Octobr.

Dilectis filiis Priori et conventui mon.^{rii} B. Mariae
 omniumque Angelorum ac beatorum Martyrum
 in Theremis Diocletiani de Urbe, Carthusien. Ordinis.

Pisus pp. IV.

Dilecti filii salutem etc. Religionis sinceritas. . .
 Nunc est quod nos, qui vobis nuper ut ab anti-
 quo mon.^{rio} vestro S. Crucis in Jerusalem de Urbe,
 in quo propter aeris intemperiem incommode de-
 gebatis, ad Thermas Diocletiani transiretis, ibi
 que mon.^{rium} vestrum construeretis, et in ecclesia
 sub invocatione B. Mariae, omniumque Angelorum
 et beatorum Martyrum, per nos ibidem de pro-
 ximo, favente Domino, nostris expensis construenda,
 divinis obsequiis insisteretis, auctores fu-
 mus, tantum opus, (quod etiam ad Urbis
 decorem cedere dicitur), ^{absque} maximo non so-
 lum mon.^{rii} vestri facultatibus exiguis dotati,
 sed etiam universi Carthusien. Ordinis sumptu
 absolvi non posse previdentes, ac propterea nos
 et construendum mon.^{rium} huiusmodi, in nonnullam

sumptus huius recompensam, aliquo specialis gratie favore prosequi volentes, motu proprio.. Vos ac mon^{ium} vestrum prefatum eiusque redditus res et bona quecumque presentia et futura, ad quantumcumque etiam notabilem valorem annuum ascendant, a solutione et contributione quorumcumque decimarum subsidiorum et subventionum, necnon ratione cuiuscumque quantitatis vini pro usu vestri monⁱⁱ prefati Pipe Pipetegue Urbis gabellarum, ac aliorum tam ordinariarum quam extraordinariorum onerum qualitercumque nunciatorum per nos et quoscumque Romanos pontifices successores nostros et sedem predictam, ex quavis.. causa, etiam pro Crucciata sancta, Urbis Rome et sedis predictae defensione, etiam constitutorialiter in posterum imponendorum, perpetuis futuris temporibus.. premitus eximimus et totaliter liberamus. ^{exemptionem} et liberationem huiusmodi presentes que litteras per nos aut successores et sedem predictas quovis pretexto questive colore revocari, limitari, vel alterari posse.. decernimus.. Quocirca Ven^{ti} fratri Episcopo Pisaurino, et dilectis filiis in Alma Urbe Vicario nostro, et curie Campanarum Camerae apostolicae generali auditori nunc et pro tempore existen. [committitur executio] Non obstantibus..

1) omittuntur sol^{uti} hae formulae..
H.

Datum Rome apud S. Petrum sub annulo Piscatoris
Die XI. Octobris 1561, anno II.

Inus D. N. mandavit expedi^{ri}. L. Card. S. Simoneta.

Cajus Glorierius.

Aym. XLII, to. 16, f. 246, et 251.
n. 371.

— 1561, 14. Novembr.

Dilectis filiis Priori et conventui mon.^{ri} B. Marie
et omnium Angelorum, ac Clatorum Martyrum
in Chermis Diocletiani de Urbe, Carthuyien. Ord.³

Pius p^p. III.⁵

Dilecti filii salutem etc. Religionis sinceritas.
Hinc est quod nos.. [coetera ut in superiori littera]
motu proprio.. vos ac mon.^{riam} vestrum prefatum
et conventum, tam ex nunc donec vos in eo-
dem antiquo mon.^{rio} S. Crucis in Hierusalem ma-
nere contingeret, quam etiam post vestram ad
construendum et preferbatur mon.^{riam} translationem
huiusmodi, vestraque casalia predia tam urba-
na quam rustica possessiones agras terras pra-
ta vineas hortos dornos ceterasque res et bona
mobilia ac immobilia et semoventia, etiam
equos et alia animalia quecumque presentia
et futura, tam in ipsa Urbe illiusque districtu
seu territorio, quam quibuscumque aliis civitati-
bus provinciis oppidis terris castris villis et locis
sedi apostolice mediate vel immediate subiectis
consistentia, vestrosque familiares, servitores,
colonos et laboratores pro tempore existentes,
ab omnibus et quibuscumque prestationibus solu-
tionibus portoriis predagii anchoragii realibus per-
sonalibus et mixtis, ac dabit vectigalibus gu-
bellis ordinariis et extraordinariis aliisque anga-
riis censibus gravaminibus ac collectis, necnon de-
cimis, quartis medietate fructuum subsidii subven-
tionibus et oneribus qualitercumque unacumque,
etiamsi talia essent que in generali sermone

minime comprehenderentur, sed nota et expressione speciali indigerent, per nos et quoscumque Rom. pontifices predecessores vel successores nostros et sedem apostolicam, ex quavis causa, etiam pro Cruciatu sancta, vel alius Urbis tuitione, seu illius murorum et Burgi s. Petri refectione aut fortificatione impositis et imponeatis, necnon occasione cuiuscumque quantitatis vini etiam forensis et aliarum rerum generis vel qualitatis cuiuscumque vis existentibus, tam per mare et aquam dulcem, quam per terram, ad dictam Urbem pro tempore delatarum et conductarum, que in prefata Urbe illiusque districtu ac in portu Civitatis Vetule et apud Stationem Tiberinam ac alias ubicumque locorum nobis et dicte Sedi... subiectorum exiguntur et exigi consueverunt... aut exigi contigerit in futurum, ac contributionibus in illis faciendis, pro usu videlicet vestro vestrorumque familiarium fervitorum et colonorum etiam ad novam constructionem dicti monasterii quomolibet necessariam, ac tam in emendo quam vendendo, citra tamen farine gabellam, .. perpetuo eximimus et liberamus .. Districtius inhibentes.. Quocirca ven. fratri Episcopo Pisanorum, et dilectis filiis in ipsa Urbe Vicariis nostro, et curie causarum Camere apostolicae generali Auditori, nunc et pro tempore existentibus, .. mandamus.. [Executores deputantur] .. Non obstantibus .. Volumus autem quod presentium transcriptis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius persone in dignitate

1) Poenae endi-
cuntur contra
exactores datio-
rum etc. hanc
exemptionem
non observantes,
etc. etc. H.

eccles.^{ca} constituta munitis, ubique locorum ea profus
fides adhibeatur que ipsis originalibus litteris adhibe
retur si forent exhibite vel ostense.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Pyra
toris die 14 Novembris 1561. anno 2.
— Habet signaturam per: Fiat motu proprio.
Caesar Glorierius.

Ann. XXIX, to. 210, fol. 1; impressa in Miscellan. arm. 1562.
vol. 16, fol. 240. — 1562. 7 Januar. —

— Patentes exemptionis pro mon.^{ri} S. Mariae
et omnium Angelorum .. Cartusien. Ordinis. —
— Guido Ascanus Sportia S. Mariae in via Lata
Diac. Card. ^{us} de S. Flora, S. R. E. Camerarius, dilectis
nobis in Christo Priori et conventui mon. B. Ma
riae et omnium Angelorum, ac Bth. Martyrillin
in Thermit Diocletiani de Urbe, Cartusiensis
Ordinis salutem in Domino sempiternam. Nuper
fuerunt pro parte vestra in Camera apostolica
exhibitae et praesentatae litterae Apostolicae s.
D. N. Pae papae IV in forma Brevis huiusmodi
sub tenore, videlicet: ... [Praecedens hic inseritur]
Post quarum .. praesentationem nobis factam ..
nobis in eadem Camera supplicari fecistis et
dictas litteras admittere, et illas in libris eiusd.
Camerae apott.^{cae} registrarari, et desuper litteras
Patentes concedere dignaremur. Nos attendentes
gratias et exemptiones eiusdem s. D. N. papae exequi
et effectum suum sortiri debere, huiusmodi Suppli
cationibus inclinati, de mandato s. D. N. papae
viva voce oraculo super hoc nobis facto, et

auctoritate Vestri Camerariatus Officii, et ex Decreto in eadem Camera apost.^{ca} facto, praesertim litteras apost.^{cas} admittendas, et in libris ipsius Camerae registrandas, litterasque patentes decernendas fore duximus, prout per praesentes admittimus, et illas in dictis libris per infrascriptum eiusd. Camerae Notarium registrari mandamus, litterasque Patentes huiusmodi decrevimus et decernimus per praesentes. Quocirca universis et singulis exactoribus .. dationum, vectigalium, gabellarum .. et quibuscumque aliis quibus praesentes nostrae praesentabuntur, nec non barisellis, executoribus, coeterisque iustitiae ministris, sub excommunicationis, et duorum millium Ducator. auri Camerae apost.^{cae} applicandorum, et aliis vestro arbitrio poenis mandamus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus vos, seu familiares, servitores, colonos, et laboratores vestros ad aliquam solutionem coarctate, seu quicquam a vobis vel eis contra exemptionem, et immunitatem vestram huiusmodi, vel vos, aut illos super praemissis aut illorum usu perturbare vel inquietare audeant seu praesumant. [etc. etc.]
 Datum Romae in Camera apost.^{ca} anno a Nativitate Domini MDLXII, Die vero VIII^a mensis Januarii, pontif. bⁿⁱ Sⁿⁱ D. N. Pii papae IV an. III.

- Visa. Gulij Sauli Camerae apost.^{cae} Decanus.
- Visa. Hieronymus Maceraten. Cam.^{ae} Apost.^{cae} Clericus.
- Visa. L. de Torres Cam.^{ae} Apost.^{cae} Clericus.
- Visa. A. Sportia Electus Parmen. Cam. Apost.^{cae} Clericus.
- Visa. A. Pisanus Electus Paduan. Cam. Apost.^{cae} Clericus.

Ann. XLIV, to. II, n. 225-26.

1562, 10 Martii.

1) N. B. Est una
eademque epi-
stola sub dictis
duobus numeris
225 et 226.
H.

Dilecto filio Priori Generali Monasterii Car-
thusiae Diocesis Grabionopolitanae.

Pius papa IV.

Dilecte fili salutem.. Jam ex literis, quas ad
te superiori anno scripsisse meminimus, cogno-
visti, nos in honorem B. Mariae Virginis, et
Angelorum omnium statuisse non sine inspira-
tione Divina, ut credendum est, aedificari
in Urbe, nostris et sedis apott.^{cae} sumptibus Ecclē-
siam in Therms Diocletiani vocatis, et Ther-
mas ipsas, quas impius ille tyrannus et sae-
vissimus Ecclesiae hostis plurimo Christianorum
sudore et sanguine ad gentiliū voluptatem et
commodum extruxerat, ad omnipotentis Dei cul-
tum, et Christifidelium devotionem convertere.
Ex iisdem literis quoque intelligere potuisti, qua-
tum Ordini Cartusienis honorem habuerimus, quip-
pe qui cum nullus in Urbe esset religiosorum
Conventus, qui non in maximis muneris, et
singularis beneficii loco, locum illum tam amoe-
num et salubrem a Nobis accepturus fuerit,
tuo tamen Ordini potissimum illum concesserimus.
Hua in re non solum fratribus tuis honos a
nobis habitus, sed eorum valetudini etiam val-
de consultum fuit; quippe cum monasterium
ipsorum quod Ecclesiae S. Crucis in Hierusalem ad-
iunctum est, loco insalubri admodum situm sit,
ubi quotannis, aestate praesertim, plerique eorum
morbis gravibus implicari, et aliqui etiam mori
consueverunt. Ac nos quidem, ut quod pie

instituimus, Deo favente, ad effectum perducamus,
 ecclesiam, sicut fratribus tuis polliciti fuimus, ae-
 dificare, perpurgato et consecrato iam loco illo, coe-
 pinus, multis structoribus conductis, et coeteris
 rebus ad hoc opus necessariis non parvo sumptu
 comparatis. Tanquam, ad Dei honorem et gloriam,
 missarum ibi Solemnia celebrari coeperunt, cre-
 ditque adeo in dies ipsius ecclesiae devotio,
 ut sperandum sit fore ut intra paucos annos
 ecclesia illa non amplitudine solum, et magni-
 ficentia coeteris fere omnibus almae Urbis
 ecclesiae antecellat, sed praecipua quadam ^{etiam} devo-
 tione a christifidelibus celebretur. Sed cum te
 per easdem literas, sicut meministi, hortati es-
 semus, ac in virtute sanctae obedientiae, et di-
 strictius etiam praecipissemus, ut ad monasterium
 ipsis fratribus tuis pro ecclesiae dignitate ex-
 truendum, curares ac perficeres, et subsidium
 illud XXX millium ducatorum a coeteris Hispaniae,
 Galliae, et Italiae monasteriis tui Ordinis
 intra triennium, tribus aequis solutionibus, con-
 ferretur ac Romam mitteretur, cumque primi
 anni X milia nondum (qua de causa nescimus)
 huc missa fuerint: Nos moleste ferentes ae-
 dificationem monasterii tandem retardari, et
 Beatissimae Virgini quandam hac in re iniuriam
 fieri putantes, cum hanc rem etiam ad existi-
 mationem nostram pertinere intelligamus, discre-
 tionis tuae eadem, qua superioribus illis literis
 nostris fecimus, distinctione mandamus atque
 praecipimus, ut, cum scias quid scriptum sit

Codex: fuerit.

contra eos qui opus Dei faciunt negligenter, pecuniam illam a monasteriis et conventibus tuis, pro modo reddituum et facultatum cuiusque eorum, tam harum literarum, quam superioris praecepti nostri, quod pro repetito et his literis inserto haberi volumus, auctoritate fultus, omni privilegio, indulto, et quavis alia exceptione cessante, conferendam cures, et collatam atque exactam primo quoque tempore Romam mittas. Hoc igitur mandatum nostrum ea cura et diligentia exequi stude, ut praeteritam tarditatem ipse corrigas, et Nos devotionem tuam in hoc tam pio opere adiuvando agnoscere, atque in domino collaudare possimus.

Datum Romae apud S. Petrum sub Atrio Piscatoris die X Martii MDLXII, pontif. nostri anno III.

Pii IV Reg. Vat. 1930, [Bull. B. 76] pl. 233-

-1561. 4 Martii-

Pro priora et fratribus S^{ti} Andreae seu Chonoe et Sabbae, donatio mon^{rii} S^{te} Crucis de Urbe.

Pax episcopis etc. Ad perpetuam rei memoriam. In excelso.. Sane dudum cum nos in Thermais Diocletiani unoccupatis de Urbe.. ecclesiam sub invocatione B. Mariae Angelorum una cum mon^{rio}, in quo prior unus et fratres Ordinis Carthuyen. divinis laudibus insistere, scriptibus nostris erigere et aedificare intenderemus, dilectis filijs priori et fratribus Mon^{rii} S. Crucis in atrio Leporiano etiam de Urbe, dicti Ordinis, Thermas praedictas.. elargientes, priori et fratribus ipsis, eorumque

superioribus pro tempore existentibus et in ipsarum
 Thermarum loco, de quo magis tibi videretur mon.^{ria}
 eiusdem Ordinis .. aedificare, sequere et illud .. trans-
 ferre et ibi permanere, ac omnia et singula sui an-
 tiqui mon.^{rii} suppellectilem et ornamenta aliasque
 res et mobilia bona ad novum mon.^{rii} eiusque eccle-
 siam huiusmodi transportare .. valere .. facultate
 concessimus et indulgimus, necnon fructus, redditus,
 proventus, census, iura, obventiones, et emolumenta, actio-
 nes, iurisdictiones, coeteraque mobilia bona univer-
 sa ad huiusmodi mon.^{rii} S. Crucis et eius ecclesiam quo-
 modolibet spectantia et que in futurum pertinere
 possent, ab eisdem mon.^{riis} et eccl.^{ia} S. Crucis .. separavi-
 mus, illaque mon.^{riis} et ecclesiae in Thermis constru-
 endis huiusmodi etiam .. appropriavimus, et deinde
 mon.^{riis} S. Andreae seu Thomae et Sabbae similiter
 de Urbe Cisterciens. Ordinis .. vacante, nos illud sic
 vacans, Cisterciens. Ordine .. prefato .. ac dignitate
 abbati in illo .. extinctis, cum .. omnibus iuribus
 .. ac pertinentiis suis, exceptis tamen Decimo et Por-
 cigliano, Ostien. Dioc., Casalibus vallis .. hospitali S.
 Spiritus in Saxia similiter de Urbe .. perpetuo univi-
 mus, .. ac dilectos filios priorem, monachos et conven-
 tum uncti mon.^{rii} huiusmodi, ab Ordine Cisterciens. et
 illius regularibus institutis .. totaliter liberando, illos
 dilecto filio Bernardino Cirillo moderna, et pro tem-
 pore existenti, preceptori dicti Hospitalis, ita quod de
 cetero ipsi habitum per .. canonicos dicti Hospitalis gesta-
 ri solitum gestare, ac professionem regularem per illos
 emitti consuetam expresse emittere, ac illorum regularibus
 institutis se conformare tenerentur .. ac si a principio

dictum Ordinem S. Augustini expresse professi, et ipsum
 unicum mon.^{rii} sub eodem Ordine erectum fuissent, per
 alias nostras litteras subiicimus. Cum autem, sicut no-
 bis nuper innotuit, prior et monachi uniti Mon.^{rii}
 huiusmodi. . . primevane sue regularis institutionis
 formam. . . habituque dicti Cisterciensis. Ord.^{is}. . . derelin-
 quere non curent, sed potius in eo permanere affe-
 ctuose desiderantes, sub alio religionis iugo Domino
 famulari volint: Nos. . . iusto illorum desiderio. . . sa-
 tisfacere. . . volentes, et considerantes quod mon.^{rii} et ec-
 clesia S. Crucis predicta, se propter fratrum Carthu-
 sianorum predictorum ad mon.^{rii} in Theremis con-
 struendum commigrationem desolata remaneant,
 tam in divino cultu, quam etiam in edificiis suis
 plura damna et incommoda patiantur, nec eandem
 decere Ecclesiam. . . debitis fraudari servitiis et ad so-
 litudinem redigi, . . . posteriores litteras quoad priores
 et monachorum absolutionem et liberationem ab Ordine
 Cisterciensis. . . ac illorum subiunctionem. . . preceptoris hospiti-
 talis huiusmodi. . . revocantes. . . et annullantes, motu
 proprio. . . ecclesiam S. Crucis, eiusque mon.^{rii} huius-
 modi, cum omnibus et singulis sibi adiacentibus ac-
 clesiis, . . . reliquiis et parameatis ipsi ecclesie, non
 tamen per ipsos fratres Carthusianos, quomodolibet
 factis et illis donatis, priori et monachis uniti
 Mon.^{rii} huiusmodi eorumque Ordini, ita tamen quod
 de aliis bonis quibus olim fratres eiusd. mon.^{rii} S.
 Crucis utebantur et gaudebant et que nunc Mon.^{rii}
 in Theremis edificando, ut prefertur, per nos appli-
 cata existunt, vel eorum aliqua parte, se intro-
 mittere seu in illis eis aliquod ullo unquam tempore

precedere .. nullatenus possint, ipsorum Priorum et fratrum Carthusianorum ac etiam monachorum seu maioris partis eorum expresso ad hoc accedente consensu .. perpetuo donamus .. et largimur, ipsosque Priorem, conventum et monachos a Mon.^{rii} S. Andreae seu Thome et Sabbe predicto, cum omnibus et singulis eorum suppellectilibus ac bonis mobilibus, tam ad divinum cultum, quam etiam suos usus .. pertinentibus, ad idem Mon.^{rii} S. Crucis etiam perpetuo transferimus, .. Quocirca Ven.^{ibus} fratribus nostris Muran., et Ambrin., ac Feltrin. Episcopis.. [committitur executio] Nulli ergo etc..

Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarn.^{is} Dominicae MDLXI, IV nonas Martii, pontif.^{atus} nostri anno III.
F. Card.^{is} Caesij.

A. de Alexijs.

- Consensus sunt in Camera, per Andream Martini sub die X.^a Martii, et sub die 25 Junii 1562. -

Archi. XXIX, fo. 210, fol. 65.^v — 1562, 25 Maii,

Guido Ascanius .. magnificus viri domini Dehanarum alme Urbis Bohaverij de mandato etc. tenore presentium .. mandamus ut Priori et conventui Mon.^{rii} S. Marie et omnium Angelorum ac S. Martini in Terris Dioc. S. Pauli de Urbe, Carthusien. Ordinis relaxetis gratis et absque solutione Decime et gabelle et aliorum onerum omnes quantitates equorum et aliorum animalium, ac vini etiam forensis et aliarum rerum cuiusvis generis vel quantitatis existentibus, tam per mare et aquam

omittuntur hic non
nulla quae expressim
des tantummodo respi-
ciant. H.

dulcem, quam per terram ad aliam Urbem pro tem-
 pore delatarum et conductarum pro eorum et ser-
 vitorum et familiarium et colonorum, etiam
 ad novam constructionem dicti monasterii quomodo-
 libet necessarium, tam in emendo quam vendendo,
 citra tamen farine gabellam, que .. ubicunque loca-
 rum sedi apostolice subiectorum exigentur, iuxta for-
 mam litterarum apostolicarum in forma brevis
 sub Datum Rome apud S. Petrum sub auctoritate Pisca-
 toris die XIV Novembr. 1561, ac litterarum potentium
 Cameralium desuper per nos expeditarum ..
 Datum Romae in Camera Apostolica die 25 Maij 1562.

Ann. 29, to. 213, fol. 63.-

— 1562, 2. Octobr.

Decretum Camerale

Die secunda Octobris 1562.

Rev.^{mo} Card. S. Georgij admitti Motum proprium rati-
 habitionis pecuniarum per ipsum erogatarum et
 erogandarum pro usu fabricae ecclesiae B. Ma-
 riae de Angelis in Therms Diocletianis et restau-
 rationum aliarum in motu proprio contentarum
 et registrarum.

Admittatur. B. Lomellinus.

Pius pp. IV.

Motu proprio etc. Cum dilectus filius et secundum
 carnem consobrinus noster Ho. Antonij tit. S. Geor-
 gij ad Velum aureum S. R. E. presb. Card.^{us} .. eritio,
 ubi ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus,
 mandato nostro tibi vivae vocis oraculo desuper
 a nobis saepius facto, super intendentiam domus
 nostrae ac Palatii apostolici exercuerit et .. exerceat

ad hoc potissimum ut pecuniæ quæ pro singulis pala-
tii ac domus nostræ prædictæ necessitatibus .. depen-
dantur, fideliter et sincere erogentur et utiliter ex-
pendantur, eundemque Jo. Ant. Card.^{lem} etiam postea
curam ut fabrica qua Ecclesiam sub invocatione
B. Mariæ de Angelis in Thermis Diocletianis ex-
trui facimus viriliter promoveatur, atque ut pe-
cuniæ quas in illam conscripsimus iuste utiliter
et fideliter distribuantur, suscipere mandaverimus,
prout idem Jo. Ant.^{ius} obedienter suscepit, et pro
virili sua hactenus exercuit curavit et admini-
stravit. Nos igitur volentes, ut par est, eundem
Jo. Ant.^m Card.^{lem} in posterum securum reddere,
ne officium, quod gratis exercuit, quandoaemque
sibi damnosum evadat, .. omnes et quascunque ero-
gationes pecuniarum per mandata scripta eius facta,
sive per apochas de solvendo ab eo emissas .. et dein-
ceps emittendas .. agnosimus admittimus .. et approba-
mus .. necnon ipsum Jo. Ant.^m Card.^{lem} quantum ad man-
data .. huiusmodi et contenta in eis, analogistam esse
nec ad aliquam communionem aut oraculorum sibi per
nos factorum aut deinceps faciendorum verificatio-
nem aliamve probationem .. obligatum esse .. [etc. etc.]

— Fiat motu proprio. J.

Et cum absolute a censuris ad effectum etc., et de
admissione, approbatione .. et alijs promissis .. [etc.]

— Fiat J.

Datum Romæ apud S. Petrum pridie idus Septembris. an. III.
12 Sept. 1562.

Arm. 42, to. 18, fol. 168, n. 92.

— 1563, 8 Martii.

Pij pp. IV. Ad futuram rei memoriam.

Nuper cum, ex certis rationabilibus causis tunc
 expressis, Mon^{rii} S. Crucis in Hierusalem de Urbe
 Carthagen. Ord.^s, ac dilectos filios illius priorum
 et conventum, ad Thermas Diocletiani rursus
 ipsius Urbis, in quibus aliud mon^{rii} eiusdem
 Ord.^s pro habitatione prioris et conventus prefa-
 torum, ac etiam unam Ecclesiam sub invocatione
 S. Virg.^{is} Marie, omniumque Angelorum, atque Mar-
 tyrum construere et edificari volumus, transla-
 tissemus, ipsasque Thermas cum iuribus et perti-
 nentijs suis prioris et conventus prefatis ad hunc
 effectum concessissemus, attendentes ipsorum prio-
 ris et conventus facultates necessarijs tante mo-
 lis impensis minime suppetere, sed ad id suffra-
 gia ceterorum monasteriorum et, de perpetuo quo-
 rum commodo honoreque tractabatur, fratrum
 universi Ord.^s prefati omnino necessaria fore,
 motu proprio .. dilecto filio Priori Mon^{rii} Maioris
 Carthagen. Gratianopolitan. dioc. per alias nostras
 litteras commisimus quatenus unum subsidium
 XXX millium ducator. auri de Camera super uni-
 versis et singulis Gallie, Hispaniarum, et Italie
 provinciarum illisque adiacentium, tam viror-
 um, quam mulierum mon^{rii} aliisque regulari-
 bus locis eiusdem Ord.^s, eorumque fructibus, redd.,
 et prov. pro rata valoris singulorum eorundem,
 infra tres annos tunc proxime futuros, tribus
 equis portionibus et solutionibus, videlicet X mil-
 lium ducator. annuatim Rome persolvendum
 et in ipsius mon^{rii} in Therms edificandi fabricam
 omnino convertendum, auctoritate nostra iudicare

et imponere, ac impositum exigere et recipere, pecuniasque pro tempore exactas ad priorem prefatum transmittere curaret. prout in dictis litteris plenius continetur. Et postmodum, sicut accepimus, prefatus Prior maior ad eorundem litterarum nostrarum executionem procedens, ex eodem subsidio portionem X millium Ducatorum, similem universis Gallie mon^{riis} eiusd. Ord.^{is} .. imposuit. Cum autem, sicut non sine magno animi nostri moerore accepimus, eadem Gallie mon^{ria} his luctuosis hereticorum ad funesta arma non solum patrie, sed etiam ~~Sancti~~ Dei templis inferenda conivatorum temporibus, hostilibusque illorum per universam Galliam grassationibus, ecclesiarum devastationibus, altarium evergionibus, et acerbissimis Religiosorum vexationibus, tot tantisque calamitates et ruinas tam in suis edificiis, quam fructibus et proventibus hactenus perpessa sint et quotidie patiantur, ut eos portionem subsidii sibi sic impositam solvere minime possent, quin potius ad ecclesias et mon^{ria} aliaque edificia sua devastata restaurandum aliena ope indigere satis constet: Nos .. motu simili .. omnia et singula dicti Ord.^{is} mon^{ria} per Galliam universam consistentia eorumque priores conventus et personas a solutione et prestatione subsidii huiusmodi penitus eximimus, illisque taxationem premissam remittimus et relaxamus, necnon eandem ratam X millium Ducatorum, illis impositam super reliquis mon^{riis} Hispanie et Italie aliarumque provinciarum Ord.^{is} huiusmodi .. per

eundem Priorem Carthusie Majoris improbandam esse..
 volumus et declaramus .. Nos enim .. Hispaniarum
 et Haviæ aliarumque provinciarum mon^{ia} dicti Ord^{is}
 ad totalem ipsius subsidii XXX millium ducatorum
 solutionem, iuxta ipsius prioris Carthusie taxatio-
 nem, faciendam .. obligata fore .. decernimus, non
 obstantibus..

Datum Rome apud S. Petrum etc. die VIII Martii
 1563. anno IV.

Archiepiscopus. to. 18. fol. 163, n. 145. — 1563, 20 April.

- Pro fabrica Ecclesie S. Mariae Angelorum deputatio
 Depositarii et mandatum solvendi scilicet 500 quolibet
 mense -

Ad futuram Rei memoriam,

[Pius IV.] Cum nos nuper dilectum filium Bernar-
 dinum Cyrillum, hospitalis nostri S. Spiritus
 in Saxia de Urbe Commendatorem seu praeece-
 ptorem, pecuniarum ex compositionibus per Da-
 taricum nostrum faciendis pro tempore provenien-
 tium .. depositarium deputaverimus, .. volumus
 quod dictus .. Commendator et depositarius .. ex pe-
 cuniis huiusmodi .. summam mille scutorum,
 ad rationem X Juliorum pro quolibet scuto, dilectis
 filiis haeredibus Baptistae Odescalchi et sociis vner-
 caboribus Romanam Curiam sequentibus, deposita-
 rii pecuniarum fabricae Ecclesie S. Mariae An-
 gelorum in Chermis de Urbe pro Martio proxime
 praeterito et Aprilis praesenti mensibus, et postmodum
 tanta 500 similia singulis mensibus successive conti-
 nuando de mense in mensem, donec aliud a nobis

habuerit in mandatis, sub debita quietantia reali-
ter et cum effectu numeret ac persolvat... Inhi-
bentes heredibus Baptistae Odescaldi et sociis huius-
modi ne aliquam pecuniarum quantitatem pro
dicta fabrica solvere valeant nisi vigore man-
datorum quae per dilectos filios nostros Joannem
Antonium S.^{ti} Georgii, et Marcum Antonium Anu-
linum presb. Cardinales, quos eidem fabricae prae-
fecimus, vel altero eorum impedito aut absente,
saltem per unum ipsorum, ac etiam manu Prio-
ris mon.^{rii} dictae Ecclesiae Ord.^{is} Carthusien., et An-
dreae Juliani eiusdem Computistae, nunc et pro tem-
pore existentium subscripta fuerint. In contrarium
facientibus non obstantibus quibuscumque.
Datum Rome apud S. Petrum etc. die XX Aprilis 1563,
anno 14.^o

Arm. 29, to. 208, fol. 257; et 217. f. 36. — 1564, 27 April.

- Mandatum Salis pro priora et fratribus mon.^{rii} de Marie de
Angelis in Eremis -

Guido etc. Vobis d.^{no} Justino Mandosio Camere
apost.^{ce} Notario, et alijs ad quos spectat et specta-
bit quomodolibet in futurum, de mandato S.ⁿⁱ d. n.
pape, vive vocis oraculo nobis facto, et aucto-
ritate nostri Camerariatus officii.. mandamus
ut.. in mandato generali elemosinarum Salis no-
vissime expedito et alijs in futurum expediendis
fratres S.^{tae} Crucis in Hierusalem ad habendum quot
annis unum rubrum salis iam positos et descriptos
deleatis.. sed illorum loco priorem et fratres mon.^{rii}
B. Marie de Angelis in Eremis Diocletiani, Ordinis

Carthusiam., pro habendis in annos singulos uno rubro
 et sex scortis salis in elemosinam ponatis et
 describatis, attento quod nobis liquido constat di-
 ctos fratres olim s.^{te} Crucis, cum omnibus iuri-
 bus, gratijs, proventibus et emolumentis que in dicta
 ecclesia s.^{te} Crucis in Hierusalem et eius mon.^{rio} habebant,
 ad Thermas huiusmodi apostolica auctoritate
 translatos fuisse, et olim, ac presentim tempore
 fel. rec. Pauli pape III, unum rubrum et sex scortia
 salis pro elemosina huiusmodi habuisse, habereque
 consuevisse, ac pro uno rubro et sex scortis in
 mandatis generalibus elemosine salis illius temporis
 scriptos reperiri; contrarijs non obstantibus quibus-
 cunque.

Datum Rome in camera apostolica die 27^a Aprilis
 MDLXIII.

Ann. 411, to. 20, n. 63. 1564, 2, Novemb.

Ven^{ti} fratri Alexandro episcopo Cariacen. nostro et
 sedis apostolicæ nuncio in regnis Hispaniarum
 Ven^{ti} fr. salutem etc. Tertius iam annus exactus
 est, cum nos, qui Carthusiensium Ordinem pre-
 cipua charitate prosequimur, cupientes monas-
 chorum eius Ordinis in alma Urbe commodo vale-
 tudinique consulere et divinum cultum simul
 augere, locum ipsis quidem ad aedificandum
 monasterium concessimus in Therinis Diocletiani,
 ex insalubri, ubi quotannis plerique eorum gravi-
 ter aegrotare solebant, eamque ob causam divino
 cultui vacare non poterant, in locum eos non
 minus salubrem quam amoenum transferentes,

Ecclesiam vero ibidem aedificare sumptibus nostris coe-
 pimus sub invocatione B. Mariae Virg., et omnium An-
 gelorum, ac Martyrum; futuram, ut speramus, om-
 nium quas Ordo Carthusien. habet, longe amplissi-
 mam et magnificentissimam atque inter celeberrimas
 et nobilissimas Urbis basilicas numerandam; ad quam
 aedificandam et Deo consecrandam illa nos ratio ma-
 xime impulit, quod ad Salvatoris nostri gloriam et
 honorem pertinere et gratum ei fore iudicavimus
 edificium illud quod impius ille crudelissimusque ty-
 rannus tot millium hominum Christianorum su-
 dore, et sanguine quondam extruxerat, ad Christia-
 nae religionis cultum converti. Ad id autem
 monasterium pro dignitate tantae ecclesiae et Ord-
 nis ⁱⁿ ^{ibi} extruendum, cum tenues admodum me-
 mporum ipsorum in Urbe degentium facultates
 esse sciremus, aequum esse ut reliqua eius Or-
 dinis mon^{ia} eos aliquo pecuniae subsidio in-
 varent, praesertim cum habituri essent eius
 Ordinis monaci ^{Equi} undecumque ad apostolorum limi-
 na venirent perpetuo, commune quoddam et
 commodum in hac alma Urbe monasterium. Itaque
 motu proprio, in virtute sanctae obedientiae,
 et sub excomm^{unis} latae sententiae poena, tunc
 districte mandavimus dilecto filio Priori mon^{ri}
 Carthusien., dioc. Gratianopolitanae, Ordinis Carthu-
 sien. Capiti, et intra triennium tunc proxime
 futurum ab universis eiusd. Ord^{is} virorum, mulie-
 rumque mon^{rijs}, aliisque regularibus locis, quae
 in Italia, Gallia, et Hispania sunt, provinciisque
 adiacentibus subsidium XXX millium ducatorum curi

de Camera, pro portione fructuum atque reddituum
 uniuscuiusque mon.^{rii}, prout eorum notitiam com-
 mode habere posset, conferendum tribus aequis
 [prae]stationibus, primo scil. anno X millia, secundo
 totidem, ^{tertio} reliqua X, Romae, ipsorum monasteriorum
 sumptibus et periculo, dilecto filio Priori ipsius mon.^{rii}
 in Urbe integre persolvenda, curaret, in eius
 mon.^{rii} aedificationem convertenda, eius pecuniae
 indicendae et exigendae per se seu per alios plena
 ei potestate concessa. Qui quidem eam ^mXXX Duca-
 torum aureorum summam ita distribuit sic,
 ut accepimus, ut a mon.^{rii} Italiae XII mille, ab
 Hispania totidem, ab his qui in Gallia sunt,
 propter damna et detrimenta quae ab haereticis
 illo nefario bello ipsis illata fuerant, et tantum
 conferenda et Romam mittenda mandaverit, ad
 quae exsolvenda nos quoque, propter eius belli
 calamitates et damna, ^{temporis} prorogationem indulsumus.
 Cum autem subsidii pars quae a mon.^{rii} Hispaniae
 solvenda fuerat, exacto iam tricennio, nondum
 soluta sit, eaque res impedimentum afferat tam
 praeclearo operi, non possumus sane non et mi-
 rari et moleste ferre, quosdam, quos pro sua
 professione Sedis apostolicae mandatis, ac Prioris
 sui Generalis litteris omni cum humilitate et re-
 verentia parere decuerat, non modo officii sui
 immemores esse, sed videri sui et ipsorum Ordi-
 nis honorem, dignitatem, commodumque contemnere.
 Quocirca nimis indignum esse censentes non absolvi
 aedificium mon.^{rii}, quod ipsius subsidii spe inchoatum
 fuit, fraternitati tuae praesentium tenore mandamus,

et omnes et singulos monasteriorum Carthuyien. ubi
 nis locorum in regnis Hispaniarum consistentium
 Visitatores.. ac priores, conventus, et particulares
 personas, nostra et sedis apost.^{cae} auctoritate, moneas
 et requiras, eisque in virtute sanctae obedientiae
 et sub sententijs eccl^{es}. necnon privationis vocis
 activae et passivae ac prelatorum et officiorum
 quae in Ordine Carthuyien. ac dictis mon^{is}. et eorum
 capitulis quomodolibet obtinent, inhabilitatisque ad
 illa et alia in posterum obtinenda, ipso facto in
 currendis penis precipias atque iniungas, et in
 fra quatuor mensium spatium, cum potestate proce-
 gandi ad unum alium vel alios tres, si tibi vide-
 bitur expedire, a die insinuationis modo infra scri-
 pto faciende computandum, sumptibus et periculis,
 Priori qui pro tempore hic in aliqua Urbe dicti
 mon^{is}. B. Mariae et omnium Angelorum ac mar-
 tirum erit, integram huiusmodi summam XII mil-
 lium ducator. auri in auro de camera, ad quam
 unumquodque dictorum monasteriorum in solidum
 teneri atque cogi posse decernimus, persolvant,
 teque intra alium mensem de solutione huiusma-
 di certiore faciant, [et] Si monitionibus
 apostolicis in hoc non paruerint, censuras et poe-
 nas praefatas, etiam quovis ordine iudiciario
 semoto, eos incurrisse declares, aggravasque
 et reaggraves, [ac] interdicas, etiam unico con-
 textu, et contra eos brachium seculare invokes,
 ac alia quae pro executione horum nostrorum
 mandatorum tibi videbuntur opportuna facias,
 et quia difficile admodum foret mandata et

monitiones apostolicas huiusmodi singulis dictorum mo-
 naster.^{rum} prioribus et conventibus ac particularibus per-
 sonis denuntiare. decernimus ut hae nostrae,
 inserendae in monitorio a te pro illarum exe-
 cutione decernendo, et unacum eodem monitorio
 singulis duobus praefatis vel aliis qui in provin-
 cijs regnorum Hispaniarum pro tempore fuerint di-
 cti Ordinis visitatoribus intimandae, reliquos
 dictorum monaster.^{rum} priores, conventus et particu-
 lares personas afficiant, perinde si ipsis capitulariter
 congregatis et personaliter repertis. intimarentur;
 quodque mon.^{ium} et mon.^{ria}, quod seu quae, in solidum
 forsan, integram summam XII millium ducatorum
 huiusmodi solvent, ratam de eisdem, etiam una-
 cum damnis, expensis, et interesse propterea susti-
 nendis, a reliquis mon.^{rijs} eorundem regnorum,
 pro modo facultatum uniuscuiusque mon.ⁱⁱ, et iuxta
 declarationem ab ipsis Visitatoribus faciendam, recu-
 perare possint; tuque, si opus fuerit, auctoritate
 nostra, illis efficacis defensionis praesidio assistens,
 declarationem antedictam inviolabiliter per eos ad
 quot spectabit, sub eisdem ac alijs censuris et poenis
 tibi bene visis, apost.^{ica} auctoritate, executioni deman-
 dari cures. Non obstantibus. Ita ergo hoc nostrum
 mandatum exequi stude ut tuam, sicut confidimus,
 diligentiam collaudare in Domino debeamus.

Datum Romae apud S. Petrum etc. die 2.^a Novembris 1564, au-
 no V.

Ar. m. 29. fo. 216. f. 193-

1565, 4. Aprilis.

Vitellotus S. Mariae in Via, ^{Lata} Diaconus, Card. de Vitellis, S. R. E. Camerarius,

magnificis viris dⁿⁱs Johannerij alme Urbis, de mandato etc.,
 Senore presentium committimus et mandamus, ut prio-
 ri et conventui monⁱⁱ B. Marie et omnium Ange-
 lorum ac Bb. Martirum in Ehermis Diocletiani de Urbe,
 Cartusien. Ord^{is}, relaxetis gratis et absque solutione
 dote et gabelle et aliorum onerum omnes quan-
 titates equorum et aliorum animatum et vini
 etiam forensis et aliarum rerum cuiuscunque gene-
 ris vel qualitatis existentium, tam per mare et
 aquam dulcem, quam per terram ad aliam
 urbem pro tempore delatarum et conductarum, pro
 usa eorum et servitorum et familiarium et colo-
 norum, etiam ad novam constructionem dicti monⁱⁱ,
 quomodolibet necessarium, tam in emendo, quam
 vendendo, citra tamen farine gabellam .. [etc]
 contrariis non obstantibus quibuscunque.
 Datum Romae in Camera Apot^{icae} die 4^a mensis Aprilis
 1565-

[46.68.f.23]

Pii IV, Reg. Vat. 1922^a fol. 23 - 1565, 18 Maii.

- Ecclesia S^{ae} Mariae Angelorum erigitur in titulum
 presbit. Cardinal. -

Pii etc. Ad perpetuam rei memoriam. Pro
 excellenti sedis apot^{icae} preeminentia .. Considerantes
 itaque nuper ecclesiam S. Mariae Angelorum in
 Ehermis de Urbe, Cartusien. Ord^{is}, quam ob sin-
 gularem quem ad ipsam beatam et gloriosam
 semperque virginem Dei genitricem Mariam gerit
 nus devotionis affectum, sub eiusdem Virginis
 Matris, et Angelorum Regine invocatione Omnis
 potenti Deo iam pridem dedicavimus, auxilio favente

Divino, propediem in egregium templum evaturam,
 et si illa in titulum unius presbiteri Cardinalis
 institueretur, perpetuum in suo titulari cardinali
 presidium, solamen atque refugium in cunctis ne-
 cessitatibus suis habituram fore. Idcirco .. ad eo-
 rundem Omnipotentis Dei laudem, Virginisque Geni-
 triciis honorem, ac totius ecclesie triumphantis glo-
 riam, eandem ecclesiam S. Marie Angelorum in
 Verbis presbitero Cardinali qui illi presit ac in
 ea omnibus privilegiis prerogativis et facultatibus
 quibus alii presb^{ri} Card^{les} in suorum titularum ec-
 clesiarum de iure et consuetudine utuntur uti valeat ..
 perpetuo erigimus et instituimus, ac aliarum titu-
 larium ecclesiarum presbiterorum Cardinalium nu-
 mero favorabiliter aggregamus .. Et insuper dilectum
 filium ^{notissimum} Joannem Antonium nuper tituli S. Georgii
 in Velabro presb. Card. Serbellorum nuncupatum
 .. ad eandem eccl. S. Marie Angelorum in Verbis
 .. transferimus, ac illum quoad vixerit dicte ecclesie
 S. Marie Angelorum in presb^{ri} Card^{lem} preficimus,
 .. ita tamen quod propter hoc ecclesie Novarien., cui
 .. preesse dignoscitur, preesse non desinat .. liceat
 que sibi dicte eccl^e S. Marie Angelorum ac iurium
 et pertinentiarum suorum universorum corporalem
 possessionem seu quasi, per se vel aliam seu alios
 .. libere apprehendere et retinere, ac de illius fructi-
 bus, redd. et prov., emolumentis et alijs bonis dispo-
 nere et ordinare, necnon ipsam ecclesiam in spiritalia-
 libus et temporalibus regere et gubernare prout alii
 presb^{ri} Card^{les} suorum titularum ecclesias regere et
 gubernare soliti sunt .. Quocirca prefato Joanni

Antonio Card.^o. mandamus quatenus curam, regimen,
 et administrationem huiusmodi sic exercere studeat,
 solícite, fideliter, et prudenter quod eccl.^a ipsa S.
 Marie Angelorum gubernatori provido et fructuoso
 administratori gaudeat se commissam. Ne non
 dilectis filiis priori, conventui et fratribus dicte
 ecclesie sive domus, Ordinis huiusmodi, ac aliis
 eiusdem ecclesie ratione eidem Joanni Antonio
 Card.^o subiectis personis, ut illi pareant et inten-
 dant, alioquin sententiam sive penam quam idem
 Joannes Antonius Card.^o rite tulerit seu statuerit
 in rebelles ratam habebimus et faciemus, auctore
 Domino, usque ad satisfactionem condignam irrevoca-
 biliter observari. Et insuper eidem Joanni Antonio
 Card.^o denominationem Cardinalis S. Georgii per
 eundem quoad vixerit etiam unacum titulo S. Ma-
 rie Angelorum huiusmodi habendam et retinendam,
 ita quod desuper per pro tempore existentem tit.^o
 S. Georgii presb. Card.^o ^{lem}, seu quosvis alios nulla-
 tenus impediri vel molestari possit. reservamus
 concedimus et assignamus. Non obstantibus. Nulli
 etc. Siquis etc.

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarn^o Dominice
 MDLXV, XV Kal. Junii, pontif.^o nostri anno VI.

Ann. 42, tom. 23, fol. 311. n.º 471.

— 1565, 6 Octobr.

— Mandatum pro fabrica ecclesie S. Mariae Angelorum —

Quum tomus 23 ann.^o 42 ita corruptus sit, ut impossibile sit legere
 quae ibi scripta fuerant sub n.º 471, fol. 311, sequentes notas ex
India n.º 309, et 310 tradimus quae ad mandatum ipsum referun-
 tur eiusque substantiam sufficienter exhibent. H.

Pii IV Index Brevium - Indice 309, Litt. II.

Urbis - Pii IV an. 6^o 1565, mense Octobris die 6^a

Pro fabrica ecclesiae S. Mariae Angelorum mandatum commendatario S. Spiritus solvendi scuta 500 singulis mensibus, et revivendi computa Bandini Depositarii, n^o 471.

Pii IV Brevium Summarium - Indice 310, October 1565.

Urbis - Pro fabrica ecclesiae S. Mariae Angelorum in Thermis de Urbe. - Sanctitas vestra quae nuper Bandinos depositarios dictae fabricae deputavit, ordinat d^{no} Cirillo ut solvat eis 500 scuta singulo mense, incipiendo a Calendis praesentis mensis, et inhibet eis ne aliquid solvant nisi per mandata subscripta [a] cardinalibus deputatis, et Priore, et Computista, et mandat ipsis Cardinalibus ut revivideant computa praeteritorum depositariorum etc.

Ann. 42. tom. 23, fol. 485, n^o 572. - 1565, 26 November.

Pii IV, Index Brevium - Indice 309, Litt. II.

Urbis - Pii IV, an. 6^o 1565. Mense Novemberis die 26^a

Pro fabrica ecclesiae S. Mariae Angelorum in Thermis subrogatio Generatus Carthyen. ad assistendum cum facultatibus etc. n^o 572.

Pii IV Brevium Summarium, Indice 310, November 1565.

Carthyen. - Pro fabrica ecclesiae S. Mariae Angelorum in Thermis Ordⁱ Carthyen. - Nuper Sanctitas vestra imposuit subsidium 9 millium Ducatorum monasterij Italiae dicti Ordⁱ, et mandavit Cardinalibus S. Georgii, et Simonetae ut illud exigent, ipsique Card^{es} huiusmodi negotio commode vacare non possint, S^{tas} vestra surrogat Generalem ipsius Ordⁱ in locum dictorum Card^{inum}, cum facultatibus ad hoc opportunis.

{ Arm. It. t. 12. n. 62, et
Arm. 38, t. 1. fol. 30. } 1566, 30 Martii.

Veu.^{ti} fratri Jo: Baptistae archiep.^o Rossanen. nostro
 et apost.^{cae} Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio.
 P^{er} p^{ap}. V. Veu.^{ti} fr. salubem etc. Mirati sumus cur dilecti
 filii visitatores et priores monasteriorum Ord.^{is} Car-
 thugen. in Hispania, non ea, qua debuerunt,
 reverentia paruerint literis fel. rec. P^{ap}ae
 III praedecessoris nostri super subsidio quod con-
 ferre debuerunt ad aedificandum mon.^{erium} in alma
 hac Urbe in Theruis Diocletiani. Quia vero
 Ecclesia S^{ae} Mariae et Angeloma in iisdem Ther-
 uis ab eodem praed.^{re} nostro aedificari sumptibus
 apost.^{cae} Camerae coepta, iam eo perducta est,
 Deo favente, ut ibi quotidie sacra missarum
 solennia ad Dei laudem celebrentur, nosque
 eam aedificationem Deo dante prosequi in ani-
 mo habemus: praed.^{re} nostri literas ad ven.^{tem}
 fratrem episcopum Cariathen., tunc apost.^{cae} Se-
 dis in Hispaniarum regnis Nuncium, super
 hac re scriptas, quarum tibi una cum his li-
 teris transumptum authenticum misimus, au-
 thoritate apost.^{cae} tenore praesentium revalidantes
 et confirmantes, Fraternitati tuae mandamus, ut
 si dicti visitatores et Priores, postquam a te
 coram, seu per literas admoniti fuerint, illis,
 quod non credimus, parere recusaverint: eas
 tu literas iuxta ipsarum tenorem sedulo exe-
 quaris: cum grave nobis videatur mon.^{erium} illud,
 quod non sine magna aliorum eius Ord.^{is} con-
 ventuum impensa egregie inchoatum fuit, propter

ipforum contumaciam perfici non posse; ad quod
 perficiendum etiam sine mandato praedecessoris
 nostri ultro subsidium impertire debuerant de
 vini obsequii causa, et cum propter fratrum suo-
 rum commodum, tum quod ad totius eorum Ord.^{is}
 decus tam insignis ecclesia et mon.^{rii} redunda-
 tura sint. Tu ergo ita eas literas exequi stude,
 ut diligentiam tuam in Domino laudare debeamus.
 Datum Romae apud S. Petrum etc. die 30 Martii
 MDLXVI, anno primo.

Arm. 29, t. 235, f. 14-

1568, 11e Januar.-

Vitelotius etc. Magnificis viris dd. Dohanarum
 Almae Urbis Dohanensium, de mandato etc. aucto-
 ritate etc. ac ex decreto etc, tenore praesentium
 committimus et mandamus, ut priori et concen-
 tui mon.^{rii} B. Mariae, et omnium Angelorum ac
 B. Martiri in Eheris Dioclesiani de Urbe
 Carthagen. Ordinis relaxetis gratis et absque so-
 lutione dohanae et gabellae et aliorum onerum
 omnes quantitates equorum et aliorum animalium
 et aliarum rerum cuiusvis generis vel qualita-
 tis existentium, non tamen vini, tam per
 mare et aquam dulcem, quam per berram, ad
 aliam urbem pro tempore delatarum et condu-
 ctarum, pro eorum et servitorum et familiarum
 et colonorum, et ad novam constructionem dicti
 mon.^{rii} quomodolibet necessarium, tam in emendo,
 quam vendendo, citra tamen farinae gabellam,
 quae .. ubicunque locorum Sedi apostolicae subiecto-
 rum exiguntur, iuxta formam litterarum apostolicarum.

in forma brevis sub dat. Romae apud S. Petrum
sub annulo Piscatoris die 14 Nov. ^{bris} 1561, ac litterar.
patentium.. desuper per bo. me. Guidonem Ascanium
Hortiam S. R. E. camerarium praedecessorem nostrum
expectarum..

Datum Romae in Camera Apott.^{ca} die 14 Januarii 1568.

Arm. 44, tom. 13, f. 142^t — 1568, 7 februar.

Dilecto filio priori mon.^{rii} Magnae Chartusiae Gratia
nopolitani, Ord.^{is} Chartusien. Ministro generali.

— Mandat ut priorem de Paular comprehendi, et in carce-
rem detruendi faciat. =

Pius p.p. V.

Dilecte fili salutem.. Quandoquidem Joannes de la
Para mon.^{rii} del Paular, et Matthias de Toledo,
qui procuratorem agit eiusdem mon.^{rii}, pertinaciae
suae finem nullum faciunt, mandata apost.^{ca},
sicut nosti, contemptis poenis et censuris qui-
busvis, non sine maximo scandalo, recusantes,
tenore praesentium mandamus tibi in virtute
sanctae obedientiae, et sub poena privationis
officii tui, ut in capitulo proxime celebrando
eorum utrumque, si ad illud venerint,
statim comprehendi, et in custodiam tradi,
ac diligenter et fideliter asservari facias ne
effugere aut emitti possint, nec eos sine
expressa licentia sedis apott.^{cae} relaxes, sed
de eorum comprehensione nos statim certos
facias, voluntatem nostram postea cogniturus.
Sin autem ad capitulum non venerint, vel
alter eorum non venerit, praecipimus in

virtute eiusdem obedientiae, et sub eadem poena, ut
 eum qui non venerit, vel, si neuter venerit,
 utrumque, intra trium mensium spatium, ex
 eo die quo has literas acceperis computandum,
 ab officio absolutos esse declares et, quatenus
 opus sit, absolvas, diligenter curando ne illi of-
 ficij ullo pacto immiscere se possint, sed alij
 idoneis et huic sanctae sedi fidelibus ac devo-
 tis eadem officia mandari cures, ut eorum exem-
 plo coeteri apostolicam sedem revereri, eique
 devotionem atque obedientiam debitam praestare
 discant. Monemus autem ut mandatum hoc
 nostrum nemini prius, quam eius exequendi
 tempus venerit, notum officias.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatorij
 Die VII februarii MDLXVIII, pontificatus nostri
 anno III.

Arm. 29, fo: 240, f. 175-

— 1570, 8 Julij.

Aloisij etc. camerarius, magnificis viris Dⁿⁱ Do-
 naverij almae Urbis, de mandato etc. . . tenore
 presentium committimus et mandamus, ut conven-
 tui et priori monⁱⁱ B. Mariae, omnium An-
 gelorum ac Martyrum in thermis Diocletiani
 de Urbe, Cartusien. Ord^{is}, relaxetis gratis, et
 absque solutione ducanae, gabellae, et aliorum
 onerum, omnes quantitates equorum et aliorum
 animalium et aliarum rerum cuiusvis generis
 et qualitatis existentium, non tamen vini, tam
 per mare et aquam dulcem, quam per terram
 ad almae Urbem pro tempore delatarum et

conductarum, pro eorum et servitorum, famulorum
 et colonorum, et ad novam constructionem dicti
 monasterii quomodolibet necessarium, tam in
 emendo, quam ~~vendendo~~, citra tamen farinae
 gabellam quae .. ubicumque locorum sedi aposto-
 licae subiectorum exiguntur, iuxta formam liti-
 rarum apostol.^{rum} in forma brevis sub Dat.
 Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris
 die 14^{to} Novembris 1561, ac litterarum patensium
 camerarum de super per bo. me. Guadonem Ape-
 nium Forthum S. R. E. camerarium praedecesso-
 rem nostrum expeditarum. .
 Datum Romae in Camera apostolica 8 Julii 1570. .

h. Vat. Fondo Certorini, pergamena. n.º 29. .

— 1576, 31 Julii —

= Venditio Oliveti facta Cartusiae Romanae =

In Nomine Domini Amen. Per hoc presens publicum
 instrumentum cunctis pateat evidenter et notum
 sit quod anno .. MDLXXVI^{to} indict. IV, pontif. ^{tus} Julii
 d. n. d. n. Gregorii .. pape XIII anno eius V^{to}, die vero
 ultima mensis Julii, in presentia d. Pauli Cynthii
 civis Tiburtini, ac mei Marii Sonantii de Caru-
 sij Romani civis ac testium infrascriptorum .. per-
 sonaliter constitutus Vincentius quondam Clementis
 Tazzarelli de Tibure sutor, et d. n. Humana, filia
 q. n. Francisci Rognonis, eius uxor, .. titulo venditio-
 nis .. dederunt .. et donarunt R. d. s. patribus d. d. Mo-
 naci S. Mariae et omnium Angelorum in Terris
 Diocletianis de Urbe, Ordinis Cartusien., licet absen-
 tibus, R. p. d. Joanne Strina monaco eiusd. domus

et mon²ⁱ et eiusd. loci procuratore presente reci-
 piente et legitime stipulante pro dictis monachis
 .. et eorum mon^{2o} unum ipsorum coniugum Oli-
 vetum pedum sive arborum Olivarum LXXX vel
 circa, cum certo fodo, situm in territorio Biburis
 in loco qui dicitur: el Bartaro, cui ab uno latere
 coherent, videlicet versus Bibur, bona Francis Rog-
 nonis, et a parte superiori bona Emili Guidas-
 nelli; ab alio vero bona Marci de Ceuso et R^{di}
 d. Antonii de Macera; ab alio vero via publica,
 .. liberum .. ab omni onere .. cum introitu, ingres-
 so, et muro existentibus in parte Francis Rognonis
 communibus inter ipsos R^{dos} pp. emptores et dictum
 Franciscum .. Hanc autem venditionem .. fecerunt ..
 pro pretio, scilicet CLXXVII de moneta de Julij X
 pro quolibet scuto .. videlicet pro pretio Olivebi scut.
 CLXII, et scut. X occasione pretii fodi predicti, et scut.
 V pro pretio medietatis muri et introitus sive ingres-
 sus per locum dicti Francis Rognonis et pro dicta
 comunione. Que scuta CLXXVII idem R. p^r Joannes
 procurator .. eisdem coniugibus venditoribus .. in
 presentia nostra et testium infrascriptorum in tot
 Julij et testonibus argenteis exbursavit .. et pagavit
 .. Et dictorum venditorum precibus et rogatu personaliter
 constituti d. Joannes Clementis Forzarelli germanus fra-
 ter dicti Vincentii, et d. Jo. Maria de Ambrosius, civis
 Biburtini^{Romani} .. in presenti instrumento contentis accesserunt
 et quilibet eorum accessit et fideiussit .. volentes teneri
 .. ad omnia premissa ..

omittuntur aliae
 sigillae prolixae

H. } Acta fuerunt hec Bibure in contrada s. Pauli in aula
~~domus~~ domus solite habitationis ipsorum coniugum,

presentibus ibidem et audientibus hijs, videlicet magistro Martio Hippoliti Cole de Sublaco, et d. Vincentio Penno civibus Tiburtinis testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

[Loco signi] sequitur fidei uerari Marii Tenantii de Carujis supra dicti

Ann. 42 to 29, fol. 366, n. 138. — 1577, 30 Martii.

Ad futuram rei memoriam.

1) antea scriptum erat: procurator generalis chartarum Ordinis; et cor. rectum fuit sic.

21.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius frater Joannes Strina procurator Chartarum Urbis quod idem Ordo ad solutionem diversorum onerum cameralium pro diversis pauperibus et alijs monasterijs in locis in quibus pestis suspicio viget consistentibus dictae congregationis [sic] tenetur, eiusque solutionis tempus adeo instat ut iam de evocando eundem Ordinem ad iudicium, et via iuris contra eundem procedendo ex dicta causa, eidem procuratori interminatum fuerit; qua in re, cum alio praesenti remedio sibi suoque Ordini providere nequeat, quam super eiusdem Ordinis illiusque monasteriorum bonis census, pro summa eidem camerae debita, creando et constituendo, quae ad summam 4. scuto- rum auri in auro ascendit, quod tamen minime licet absque nostra sedisque apostolicae licentia speciali. Propterea nobis humiliter supplicari fecit idem procurator, ut dictorum monasteriorum quae ad eas solutiones faciendas tenentur, simulque dicti Ordinis incommodis occurrere aliasque in praemissis opportune providere

2) hic quoque in textu deleta fuit vox generalis.

21.

de benignitate a pot.^{ca} dignemur. Nos igitur Reli-
 giosorum indemnitati consulentes, huiusmodi supplic^{ty}
 inclinati, eidem procuratori et dicti Ordinis
 illiusque monasteriorum nomine census annuos
 ex quibus Summa quae eidem Camerae
 nunc debita reperitur, minori quo fieri
 possit cum eiusdem Ord.^{is} incommodo, et
 prout magis aequas a dictorum censuum
 emptoribus condiciones offerri repererit, su-
 per quibuscunque bonis dictae Congregationis
 et illius redditibus, ac omnium et singulorum
 illius monasteriorum tam in Urbe quam alibi
 existentium, et in specie super vinea et gra-
 nariis ad mon.^{ium} B. Mariae Angelorum in
 Thermis de Urbe eiusd. Ord.^{is} spectantibus
 creandi et constituendi, illosque sic creatos et
 constitutos personis meliorem conditionem offe-
 rentibus vendendi et alienandi, ac pro emen-
 tum dictos census securitate, non solum prae-
 fata vineam et granaria super quibus cen-
 sus huiusmodi constituentur et praefertur, sed
 etiam alios quosunque redditus et bona
 Ordinis mobilia et immobilia in forma Camer-
 ae a pot.^{ca}, ac pro eorundem bonorum generali
 et speciali evictione, in forma iuris valida
 et in Urbe consueta .. obligandi et hypothecandi
 .. ac pecunias inde provenientes in satisfactionem
 onerum Cameralium praefatorum, nec alio usus,
 convertendi, .. servata tamen forma litterarum
 fel. rec. Pii V, plenam et liberam licentiam ..
 concedimus, .. praemissaque omnia, et singula,

ac instrumenta quaecumque desuper celebranda..
 valere ac per unumquemque eundem Ordinem obser-
 vari debere, et ad illa servanda cogi.. posse,
 ac censuram praefatorum captores ad proban-
 dum vel verificandum dictas causas, quod
 summa ex pretio censuram huiusmodi redi-
 genda in praefatos usus conversa fuerit,
 nullo unquam tempore teneri, .. Decernimus
 Non obstantibus... necnon testamentis, donationibus,
 legatis, fideicommissis, aliisque dispositionibus et
 contractibus de vinea et granarij huiusmodi
 in favorem eorundem Donus et Ordinis quomo-
 docunque fortan factis, praemissis adversantibus
 aut obligationes et constitutiones censuram huius-
 modi fieri.. prohibentibus et alias quomodolibet
 editis.. ceterisque contrariis quibuscumque. Vo-
 luntus autem quod, quamprimum fieri poterit,
 dicti Ordinis superiores bona praefata quae
 ex causa censuram huiusmodi obligabuntur
 ab eo onere eximi curent; super quibus
 exequendis dictorum superiorum conscientias
 oneramus.

Datum Romae apud S. Petrum etc. Die 30 Mar-
 ti 1577. anno V.^{to}

Ann. 42. to. 31, fol. 229, n. 348 - 1577, 20 Augusti.

Gregorius pp. XIII, Ad futuram rei memoriam.
 Exponi nobis miser fecit dilectus filius Joannes
 Strina, monachus et procurator mon. S. Marie
 Angelorum in thermis de Urbe, Carthusien. Or-
 dinis, quod ipse ut universi Ord. Carthusien.

necessitatibus consuleret occasione onerum Camere
 raliū, pro quibus etiam imminerebat executio,
 cum de fructibus monasteriorum in dominio
 Venetorum, ac Mediolanen. Papien. et Paduan.
 civitatibus et dioces. et alijs in locis consisten-
 tibus, ex causa morbi contagiosi et pestis,
 que nonnullis in civitatibus et locis viget, non
 responderetur, coactus fuit, etiam ad evita-
 dam executionem in ipsius Joannis personam,
 summam 2^{m.} et 500 scutorum auri in auro
 statim accipere et conquirere; illi vero
 qui pecuniam prefatam credidit et in fi-
 dem prefati Joannis contulit, alia ratione
 magis opportuna consuli nequaquam potest
 quam, ut etiam alias pro summa 4^{m.} scu-
 torum similium factum fuit pro solutione
 similium onerum cameratium facienda, su-
 per vineis et granarijs dicti monasterii
 census et redditus annuos redimibiles crea-
 do et constituendo. Quare idem Joannes pro-
 curator nobis humiliter supplicari fecit, ut
 dicti Ordinis incommodis occurrere, aliasque in
 premissis opportune providere... dignaremur.
 Nos igitur... huiusmodi supplic.^{bus.} inclinati, eidem
 Joanni procuratori census annuos ex quibus
 summa 2^{m.} et 500 scutorum auri in auro perci-
 pi possit, prout magis equas a debitorum cen-
 suum emptoribus condiciones offerri repererit,
 super vineis et granarijs dicti monasterii
 illique contiguis, hac vice duntaxat creandi
 et constituendi illosque... vendendi et alienandi

ac pro illorum qui eisdem censur. ement seu
 ritate vineas ac granaria huiusmodi et alia
 quecumque bona mobilia et immobilia red
 ditibusque et proventus annuos eiusdem Ord.
 nis ac omnium et singulorum illius monaste
 riorum, etiam in forma camere et guaran
 tie. obligandi et hipotecandi, necnon quecum
 que instrumenta cum quibusvis promissionibus et
 obligationibus ipsi Joanni procuratori benevisis,
 licitis tamen et honestis, etiam iuramento et
 pena vallatis, servata forma litterarum fel. rex.
 Pii V predecessoris nostri, confiendi et celebrari
 faciendi licentiam et facultatem. concedimus
 et impartimur, premissaque omnia et singula
 ac instrumenta quecumque de super celebranda
 valere ac per ipsum Joannem procuratorem
 ac Ordinem huiusmodi inviolabiliter observari
 .. et ad id cogi et compelli posse. [etc.]
 decernimus. Non obstantibus .. contrariis
 quibuscumque. Volumus autem quod pecunie
 ex censibus huiusmodi redigende penes eadem
 sacram, vel personam fide et facultatibus
 idoneam, realiter et cum effectu deponan
 tur, donec in extinctionem debitorum dicta
 ex causa contractuum convertantur.

Datum Romae apud S. Petrum die XX^{ca} Augusti
 1577 anno VI^{to}.

Archiv. di Castello, Arm. 3, caps. 2. n. 17. — 1583, 20 februarii.
 Gregorius pp. XIII - Ad futuram rei memoriam.
 Inter multiplices curas. Cum itaque ingens

huius civitatis pars, magis venusta aereque salubrior,
 minime habitata sit defectu aquarum cursibus,
 quibus huius populi multitudinem carere conspicimus.
 Nos egentium indemnitati²⁾ et huius Urbis
 amplitudini, decori, et utilitati prospicere cupientes,
 inobis proprio et ex certa nostra scientia,
 dilectos filios Hortensium Frangiparium, Fabrum
 etiam Frangiparium, et Florabium de Mutis,
 ac socios, quos habiles et idoneos conspicimus, ad
 inspicere considerarique faciendum an rivus aquae
 qui ex Monte ultra Pantanum Grifi, territorium
 dilectorem filiorum Dominorum de Columna,
 iscaturit, Romam et ad plateam Beate Mariae
 Angelorum in Thermit duci possit cum tali modesta
 impensa, quod multum magis haberi possit ex pretio
 dictae aquae. Et, si id eis fieri posse videbitur,
 ad dictum aquae rivum sua utilitate, suaque cura,
 et impensa ducendum et duci faciendum, apost.^{ca} auct.^{te} eligimus et deputamus.
 Ipsisque in praemissis omnibus et singulis de huiusmodi
 aquae rivo et praefertur ducendo omnibus etiam ad
 privatam utilitatem evocare volentibus, etiam Populo Romano,
 si et prout eis cum eminentibus concordare placuerit,
 vendendi, dummodo non maiori pretio 500 scutorum pro singula
 uncia, et de aqua huiusmodi ad molendina, et alia aedificia
 deseruienda, prout in omnibus et per omnia eis placuerit
 ad eorum utilitatem et commodum perpetuum, perpetuo
 disponendi, ac ius eorum simul vel separatim vendendi,
 et communicandi, necnon aquaeductus iam factos restaurandi,

1) pare doucege dire:
cursum. H.

2) forse invece di:
commoditati.
 H.

et alios de novo faciendi, et deputandi ministros
 et officiales, ac alios quoscumque ad libitum eorum,
 et bobies quoties eis videbitur, satisfacto tamen
 prius dominis casualium vinearum et praediorum
 de terreno in huiusmodi opere occupando, quos
 possint cogere ad vendendum ea terrena quae
 erunt pro dicto opere perficiendo necessaria
 iuxta aestimationem desuper a Magistris Viarum
 faciendam, necnon omnia alia et singula quae
 in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria
 et opportuna fuerint faciendi.. cum omnibus et
 singulis privilegiis.. quae.. in praemissis et circa
 ea ac illi vel illis publicae utilitatis operi
 incumbendis concedi solent, .. potestatem et facul-
 tatem concedimus et impartimur. Mandantes
 .. Contradictores .. Contrarias non obstantibus
 quibuscumque. Volumus autem ut a Populo
 Romano dno, et a dilectis filiis nostris S. R. E.
 Cardinibus Congregationis Fontium alius, expensis
 Hortensii, Fabricii, Morati et sociorum praedicto-
 rum, deputentur, qui tantummodo assistant
 fabricae ad finem dumtaxat ut opus huiusmo-
 di perfecte fiat. Quod si opus huiusmodi in-
 fra octo menses a data praesentium inchoan-
 dos coeptum non fuerit, praesentes litterae
 nullius sint momenti, et postquam coeptum
 fuerit hoc opus, infra tres annos inclusive su-
 prarominati teneantur, aquam huiusmodi, quae
 saltem ad 300 uncias ascendat, ad Plateam
 praedictam conducere, et pro palatio nostro apo-
 stolico 6 unciae ex dicta platea gratis haberi

possint. Et si dictum opus non fuerit perfectum
infra dictum tempus, teneantur solvere Camerae
apostolicae summam 6.^{me} Ducator., singulis annis
2.^{is}, et dictum opus infra aliud biennium pro-
ximum perficere; alias omnia gesta, aedificata,
et constructa ad beneficium Camerae nostrae aposto-
licae cedant.

Datum Romae apud S. Petrum etc. die XX februarii
1583, anno XI.

Num. 38, fo. 2, fol. 191.

1595, 13 Novembro.

— confirmatur donatio publici lavatorii etc. —

[Clemens VIII.] Ad perpetuam rei memoriam.

Ex debito pastoralis officii. Cum itaque nos alias,
considerantes publicum Lavatorium, per fel. record.
dictum pp. V.^m praedecessorem nostrum prope Ec-
clesiam B. Mariae Angelorum in thornis Diocle-
sianis erectum, quieti spiritus monachorum Car-
thusianorum in monasterio dictae Ecclesiae segre-
gium, qui, ex eiusdem Ordinis instituto, procul a
saecularibus, in solitudine et silentio contemplationi
rerum divinarum et orationi vacant, magno im-
pedimento esse, usum praedicti Lavatorii perpetuo
extinxerimus, ac solum in quo erat constructum,
quodque antea ad praefatum Mon.^{ium} pro maiori
parte spectabat, eidem Mon.^{io} restituerimus, ac
praeterea eidem Mon.^{io} Lavatorium praefatum
cum omnibus pertinentiis suis donaverimus. Ne
autem de extinctione, restitutione et donatione praef-
ati, quae vivae vocis oraculo processerunt, licet
suum debitum consecutae sint effectum, aliquo tempore

dubitari contingat, praesentium auctoritate illas
 communicatas duximus. Proinde non solum
 nos usum praedicti Lavatorii perpetuo extin-
 xisse, ac solum praedictum eidem Mon.^{rio} resti-
 tuisse, Lavatoriumque ipsum cum aqua, aquae
 ductibus, domuncula, aedificiis, fabricis, lapidibus,
 lignis, et aliis pertinentiis suis donavisse in
 verbo Romani Pontificis, per praesentes attesta-
 mus, sed de novo, quatenus opus sit, mohe
 proprio, ex certa silentia.. Lavatorii praedicti
 usum perpetuo extinguimus, ac solum in quo
 fabricatum exhibit eidem Mon.^{rio} restitimus
 ac donamus, ac praeterea eidem Mon.^{rio} Lava-
 torium praedictum ac reliquum solum, cum
 aqua, aquaeductu, fabrica, domuncula, aedi-
 ficiis, lapidibus, lignis, porta, muris circum-
 circa, et aliis pertinentiis suis, titulo purae
 perpetuae et irrevocabilis donationis quae dici-
 tur fieri inter vivos, donamus et largimur.
 .. Non obstantibus..

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscato-
 ris die XIII Novembris MDXCV, pontificatus no-
 stri anno IV.

Ann. 38, to. 2, f. 199.

1595, 7 Decembre.

Mon.^{rio} ~~Sanctae Mariae Angelorum~~ donantur duae unciae aquae Felicitatis

Clementis pp. VIII. . . .

[Notandum hoc breve non pro Mon.^{rio} S. Mariae An-
 gelorum, sed quarundam Monialium, quarum denominatio
 non exprimitur, concessum fuisse, ut patet ex eius pri-
 miis verbis: Dilectae in Christo filiae etc. Aqua solum
 modo dicitur derivanda: ex ea quae in vas fontis magni ad

Epistolas Diocletianas cecidit.]

Arm. 42. to. 51. p. 57. — Sine data.

sic in dorso injuri-
tur hic tomus.
H.

Minutae brevium diversor. Clementis VIII, plurimum annorum

sine data."

Clementis pp. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pasto-
ralis officii, Cum itaque nos alias consideraves.
[tenor huius, ^{minutae} brevis est idem ac qui traditur supra
pag. 109, ex arm. 38, t. 2, f. 191, sub data 1595, 13. Novembris,
uno vel altero verbo tantum immutato; unde, cum
haec nil aliud sit quam minuta illius, sine data, non
reipsum fuit etiam exscribere; utique vero sequentem
supplicationem Charbysiæ Romanæ quæ ad suprad.
obrem obve refertur.]
H.

Arm. 42, to. 51. p. 58. — Sine data.

Beatissimo Padre

H Priore, e monaci della Certosa di Roma,
servi, et oratori di Vostra Santità, Le ridu-
cono humilmente a memoria, come gl'anni
passati Vostra Beat.^{ne} riconosciuto il luogo del
publico lavatorio fatto per ordine di Sisto V
di felice memoria vicino il claustro e celle
de' monaci di detto monasterio, e considerato
che havrebbe passato offendere la religiosa
honestà, e disturbare detti monaci, che, secon-
do l' Instituto certosino, serrati in dette celle,
in solitudine e silenzio attendono all' oratione,
contemplatione et altri esserciti spirituali,
con somma prudenza, e con il suo gran zelo

dell'osservanza regolare, estinse l'uso predetto
 publico di detto Lavatorio, restituì a detto
 convento il proprio solo nel quale fu costruito,
 e piamente, con la solita sua munificenza cri-
 stiana, donò a detta Certosa il detto lava-
 torio; e benchè detta gratia fatta dalla San-
 tità Vostra vivae vocis oraculo a detta Cer-
 tosa sia perfetta, et habbia havuta la debi-
 ta essequizione; pur dovendo esser li bene-
 ficii di principi pieni, perpetui, e di modo
 fermi, che per nessun tempo possano rivo-
 carsi in dubbio; ricorrono essi supplicanti
 di nuovo a S^m suoi piedi, e la supplicano
 che se degni ordinare che di detta gratia
 ne li sia spedito breve in ampia forma,
 e, per evitare ogni litigio, con la concep-
 zione speciale delle parti di detto lavatorio,
 dell'acqua, aquedotti, fabbriche, pietre, legua-
 mi, resto del sito, et integro suo stato, con
 tutto il dispendio fatto dalla camera apostolica
 per occasione di quello, con la presente o altra
 forma, che parerà a detto convento di dargli,
 non obstante qualsivoglia contrario, e con
 tutte l'altre clausole a ciò necessarie; acciò
 che non solo detta Certosa, ma tutta detta
 Religione, tanto sua devota, habbia perpetua
 memoria di tanto beneficio, e preghi il Signore
 per la salute e felicità di Vostra Beati^{ne}, et Deus

tergo: }
 eadem manu: }

Beatissimo Padre
 della
 Certosa di Roma.

Arum. 44, 70: 56, p. 18.

1603, 15 Novembr.

Dilecto filio Generali Ordinis Cartusianorum.
ut taxet mon^{ria} Galliae et Hispaniae pro perfe-
ctione fabricae S. Mariae Angelorum.
 Clement pp. VIII.

Dilecte fili salutem. Sumus erga tuum Or-
 dinem peculiari propensione affecti, quod vitae
 vestrae ratio ad veterem illam sanctorum Patrum
 vivendi normam proxime accedere videtur,
 dilectosque filios monachos beatae Mariae de
 Angelis cum invitimus, christiana delini-
 mur consolatione. Delectamur etiam eius loci
 recessu ad pias cogitationes valde accommodato,
 atque operis structura, ipsoque in primis am-
 plissimo peristyle, imperfecto licet magna ex
 parte, quod provincia Italica tam grandem
 pecuniam non potest subministrare ad totius
 confectionem. Ut vero illud ipsum aedi-
 ficio perpetuo roboraretur nobis certe curae est,
 idque ad Dei gloriam pertinere arbitramur,
 siquidem cellarum aucto numero in latiore
 cresceret vineam, in quam Dominus novos
 conducirer operarios, numerusque divinam ma-
 iestatem laudantium augeretur. Nostrium hoc
 consilium notum tibi esse volumus, ut tu
 eam cogitare incipias, quarum ratione fieri
 possit ut locus ille sanctitate illustris, conspi-
 cua fabricatione in omnium oculis surgat
 excellentior, tuaque in eo probetur diligentia et
 pietas. Ut autem quid et in mentem ve-
 nit dicamus, effici id facile posset, si quae

sunt in Gallia, atque Hispania tui Ordinis
 monasteria, pro cuiusque facultate, in publi-
 cum sumptum collata sibi, opus curarent,
 partemque tam p*ro* aedificii, Italicae provin-
 ciae exemplo adducta, sibi vindicarent, prae-
 sertim cum idem istud monasterium totius
 Ordinis commodo atque utilitati serviat; neque
 enim ullus est ex vestris Provincialibus,
 cui ^{non} aliquando sit necesse, ob privata negotia,
 certos homines huc mittere, quibus domus haec
 patet aequae, atque i*is* ipsis qui hic degunt.

Quod si hoc fortasse revocatur in dubium, at
 illud saltem fateri oportet, religionis vestrae
 homines omnes gaudere privilegii et gratias
 quae emanant ab hac Sancta Sede, tanquam a
 communi matre, cuius ne filii peregrini
 habeantur, qui ab ea procul sunt, debent re-
 spondere fraterno in amore i*is* qui apud eam-
 dem domum manent, a quibus provocantur,
 mutuaque eos charitate complecti, ac fovere?

Tu ut id fiat evitere, elabora; nec enim
 apparet cur nostrum hoc consilium viris piis
 non placeat, cum Deo sit maxime placitum,
 quodque ab aliis etiam arbitramur iam ante
 excogitatum, sed delituisse hactenus, ei aucto-
 ritatem dante nemine. Nos id certe cupi-
 mus, poscimusque, gloriosissimae Virginis Genitri-
 cis Dei causa, cuius patrocinio innumeris gra-
 tiis sumus a Domino cumulati. Tu qui et
 potes, et debes, cura ut praebes manum
 ad aedificandum necessariae rerum omnium

refertissimam.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XV Novembris MDCIII, pontificatus nostri anno XII^o.

Nunciatura di Francia to. 291, fol. 108 - - 1603, 17. Nov. 6^{re}

[Lettere del Card. Pietro Aldobrandino al nuntio in Francia]

Molto Illustre e molto dev. ^{do} sig.^{re} come fratello.

Vostra signoria può ricordarsi la spesa, che si fa alla Chiesa della Madonna dell'Angeli alle Terme qui di Roma, et in particolare nel procurare di finire il Claustro, per il quale havendo concorso già tutti li monasterii de' Cartusiani d'Italia, è necessario di voltarsi hora alli Oltramontani, et però scrive Nostro Signore un suo Breve al Generale di questa Religione, esortandolo ad ordinare alli suoi monasterii della Francia, che diano la mano adiutrice a quest'opera, et a questa spesa, la quale oltre che ridonderà in honore della medesima Religione, ne ricevono l'istessi monaci Francesi commodità et beneficio, sendo questo monasterio di Roma un porto di tutti et un hospitio loro, et delli altri forestieri. Questo medesimo si scrive al Nuntio in Spagna affinche faccia la parte sua con li frati et monasterii de' medesimi Certosini in quei Regni. Vostra sig.^{ria} abbraccia quest'opera con la sua autorità, per la quale si spera un grosso, e buon aiuto a questo Santo luogo. Et col fine me le raccomando.

Di Roma li 17^{di} di Novembre 1603.

Ann. 44. to. 56, p. 289^t — 1604, 9 Augusti.

Dilecto filio Brunoni Generali Cartusianorum
Elemens pp. VIII.

Dilecte fili salutem.. Quae nos de Romana
Cartusia exornanda cogitavimus, ea ipsa et
tibi, et tuo Ordini fuisse grata, nostraque
in vos paternam benevolentiam ex eo plane
innotuisse, gaudemus valde. Loci amoenitas
multas habet delectationes: apte dispositae
res, aedificii amplitudo, opus elegans prae-
clarumque animum oblectant maxime. Sed
haec humana. Illud nos christiana affi-
cit voluptate, quod illic coetus Angelorum
habitare existimamus, solitudinem esse pro
frequentia, silentium instar vocum suavis-
simarum, ad similitudinem denique coele-
stis patriae prope accedere omnia. Verum
cum tu tantum perficiendi operis praete-
feras cupiditatem, siquidem cum nostra
eam conferimus, nobis iam plane cessare
videris, pene etiam te ut accusemus ne-
gligentiae. Quod pollicitus es, praesta quam
primam, optatissimo tuae diligentiae fructu
ne careamus deo.

Datum Romae apud S. Marcum sub anno
lo Piscatoris, die IX Augusti MDCIII, ponti-
ficatus nostri anno XIII.

Miscellanea, Arm. VII, n.º 77, fol. 857-913.

S. Mariae Angelorum in Theremis Status temporalis
sub Urbano VIII, anno 1625.

N.B. Contiene questo tomo dal foglio 857,
al 913, a doppia facciata, cioè in pa-
gine 112, una minuta descrizione di
tutte le Entrate del monastero sudd.º nell'an-
no 1625, con la descrizione dei fondi, e ti-
toli dai quali provenivano, desunta dal
libro Mastro e dal libro degl' Istromenti del
monastero medesimo. Non ho giudicato di tra-
scrivere questa lunghissima descrizione, la
quale sarebbe inutile se i R.R. PP. Certosini
conservano tuttora i sudd.º libri. Soltanto
trascrivo qui appresso l'ultimo foglio 913 di
detto tomo, dal quale apparisce il Riassunto dato
allora dai Certosini della loro Entrata e Uscita annue.

G. H.

fol. 913.

MDCXXV.

Qui appresso si nota a parola per parola un Pistretto dato dal
 le Certosini a' bermini della loro Entrata et Uscita annua, cioè:

Introito annuo del Ven.^{le} Mon.^o di S. Maria degli Angeli ad
 le Berme:

	[Luce]	[Bajocchi]
Canonici et Censi perpetui di Case — — — — —	£ 395	25
Censi — — — — —	£ 1782	56
Luoghi di Monti — — — — —	£ 391	—
Legati annui — — — — —	£ 54	—
Affitti di Granari — — — — —	£ 210	—
" Di ferili — — — — —	£ 370	—
" D' Morto — — — — —	£ 90	—
Cappella in Lucca, l'un l'anno per l'altro,	£ 85	—
Canonici di Vigna in denari — — — — —	£ 656	—
" In Barili 34 e $\frac{1}{2}$ — — — — —	£ 34	50
Dal Casate in vino, grano, erbatico, fieno, un'anno per l'altro, — — — — —	£ 400	—
Dalla vigna del Mon. ^o in vino, fascine, et frutti	£ 300	—
Dalla Rev. Cam. Apost. ^{ca} due rubbia di Sale	£ —	—
Dal Credito della Casa con li conti Camerali	£ 350	—
Dalla Chiesa, un'anno per l'altro, per farsi dire tante Messe — — — — —	£ 20	—
E se vuole anco trovare, un'anno per l'altro, di Elemosina nelli Stipi — — — — —	£ 2	—

£ 5130, 31.

La sud.^a Nota dell'Entrate del Ven.^{le} Mon.^o di S. Maria degli Angeli
 alle Berme Diocetiane dell'Ordine Certosino, assieme con il di con
 tro Esito, è stata trascritta a parola per parola da una Nota da
 ta dal med.^o Mon.^o, ancorchè il retroscritto loro stato si sia cava
 to diligentissimamente dal loro Libro Maestro segnato II, come
 si può vedere a dietro in ciascheduna partita.

- Esito annuo -

Pane di decina Rubbia 25 a gruli 90 il rub. z. 225, et pane di baiocco per la famiglia, limosina quasi un suda il giorno z. 300, in tutto — — — — — z 525 —
Vino di Napoli in 15 o 16 Botte z 300, et altre 20 Botte per la famiglia, limosine, et opere, in tutto z 520 —
Ova fresche et comuni un suda il giorno l'un tempo — — — — — z 350 — — per l'altro — — — — — z
Pesce quasi 15 gruli il giorno, computate le forestarie z 470 —
Salumi — — — — — z 20 —
Legna passi 85 in circa, cottano in casa 24 gruli il passo z 200 —
Salarij in Procuratore, Sollecitatore, Medico, Mandatario, Notaro, servitori ordinarij e straordinari — — — — — z 205 —
Liti, Instrumenti, propine — — — — — z 60 —
Vesti e Sarto — — — — — z 120 —
Libri, Utensili di casa, panni lini, coperte, zanni, piatti z 150 —
Cera per la Chiesa et drogherie — — — — — z 160 —
Olio per la Chiesa et casa boccali 600 — — — — — z 180 —
Opere alla vigna del Monastero, e Casale — — — — — z 450 —
Falegname, Muratore, fabbriche, reparationi — — — — — z 500 —
Limosine in denari, oltre il pane, vino, vesti vecchie z 60 —
Porti di Lettere et carta da scrivere — — — — — z 80 —
Viatici per Religiji et Priori andanti a Capitolo Generale z 100 —
Mancie e presenti per diverse necessita della Religione z 100 —
Chiesa et Altare Maggiore per ornamenti et riparazioni z 200 —
Capellani per soddisfare si alle Capelle come alle Messe che fra anno vengono a farsi dire — — — — — z 52 —
Cavalcature, Biade, fieno, selle, et altri arnesi z 100, et molto piu quando si tiene carrozza — — — — — z 100 —
In medicina, oltre le spese che si fanno quasi di continuo al Speciale z 150 —
Pesi di Canonici et Contributioni a' Maestri di Strada — — — — — z 20 —
Denari morti si spendono per altre lertze, et si tarda anni a riscuoterli z 200 —

Scudi 4972 —
[Numero]

Numero ordinario de Religiosi sacerdoti et laici, n.º venti,
 „ De servitori ordinarij et straordinarij, cioè uno per
 il R. P. Priore, uno del P. Procuratore, uno alla
 cucina, due vignaroli, due straordinarij per
 infermi et altri servitij di casa. —

pare che il testo
 sia: Hospitiij -
 H.

E più per Hospitiij della Religione forastieri, speciale,
 et altri salariati, e mercenarij che vengono a
 servire il Monastero et restano per essere lontani
 alle spese nostre, et per le limosine di vino et pane
 che quotidianamente si fanno, si computano fino
 al numero di dodici, che in tutto sono persone
 quaranta.

Avanzano nel bilancio 7170. in circa, che sono quelli
 et molto più che non si riscuotono per l'esattio-
 ni difficili, et alcuni molti anni restano indietro,
 et son cagione che si fa qualche debito, che poi
 si tarda a pagare.

Miscell. Arm. VII, to. 112, fol. 494 -

- Visitatio -
 Ecclesiae et Domus S. Mariae Angelorum.
 Die 14 Januarii
 1628 -

Per R.ºº dd. Visitatores Apostolicos Generales fuit visita-
 ta ven.ºº Eccl.ª et domus S. Mariae Angelorum
 ad Thermas Dioclehanas, in qua inhabitant R.ºº
 patres Cartusiani, a quibus fuerunt reverenter
 recepti.

any localij.

Ex litteris Urbani p.ºº V colligimus Nicolaum Ursinum
 Nolanum, et Neapolitanum Ursinum Manupelli comites

petuisse ab eo licentiam aedificandi monasterium et
 ecclesiam patribus Cartusianis in antiquis Diocle-
 tiani thermis sub invocatione S. Leonis, et Nico-
 lai confessorum, qua obtenta prioris consilii eos
 poenituit, thermisque dimissis, idem mon.^{rium}
 aedificaverunt circa Eccl.^{iam} S. Crucis, in quo us-
 que ad Pium huius nominis IV.^{um} Cartusiani
 permansere. Coeterum, aeris urgente inclementia,
 idem Pius pontifex thermas iisdem patribus con-
 cessit, quarum medianam partem, ex Michaelis
 Angeli Bonarotae praescripto, occupans, eam
 Nonis Augusti anni 1561 in sacram aedem verbit,
 Beataeque Virgini, et Angelorum Choris dedicavit,
 quam dum pro dignitate exornare constitueret,
 morte praeventus, opus imperfectum reliquit.

Sacrum Eucharistiae Sacramentum, servatis servandis,
 fuit visitatum ad altare maius, fuitque repertum
 in tribus sacratis particulis, quae semel in heb-
 domada sumuntur, quaeque asservantur in
 pixide argentea in decenti tabernaculo, cuius
 claves retinentur a sacrista.

Altare ipsum in absida positum habet Iconam
 cum imagine Suae Virgini, quam Angelorum
 chorus exornat. Altare est totum marmoreum,
 consecratum, habetque crucem magnam, et octo
 candelabra argentea, quorum quatuor simul
 cum cruce, ut ex insignibus patet, fuerunt
 dono data a bo. me. Cardinale ab Altaemps.

Adsent hinc inde altariola lateralia decenter
 ornata. Ante adest Presbiterium cancelli clauum,
 in eoque tria genuflexoria ex ligno nucis ac

lampadariū ad formam magnae lampadis continētis quinque lampades ex auricalco. Subiacet oneri missae quotidianae exceptis diebus festiuis.

In pariete qui est a cornu Evangelii eiusdem presbiterii adest honorificum monumentum fel. rec. Pii papae IV, cui e regione respondet aliud simile monumentum bo. me. Card. Sorbelloni eiusdem pontificis consanguinei.

In reliqua Ecclesia quattuor sunt capellae, quarum prima a cornu Evangelii est capella sub invocatione S. Salvatoris ornata a bo. me. Mattheo Catalano Siculo, cuius imago in muro depicta ibi extat pro icona, auratisque laqueariis, sacrisque picturis exornata. Pavimentum ex opere musivo stratum magnam praebet venustatem. Altare est totum lapideum, consecratum, habetque crucem et candelabra auricalchi cum reliquis necessariis. Clauditur clave ferrea, nullique subicitur oneri quod sciat.

Est privilegiata pro omnibus defunctis in perpetuum pro quocunque sacerdote, non secus ac si celebrasset in ecclesia S. Gregorii, vigore litterarum in forma brevis fel. rec. Gregorii XIII, sub die X Maij 1574.

2^a est capella sub invocatione S. Petri, ornata a bo. me. Petro Alphonso Avenionensi, cuius sepulchrum extat ad pedes eiusdem altaris. Habet iconam cum imagine dicti sancti, crucem, et candelabra auricalchi, et coetera necessaria.

Mensa est lapidea cum lapide sacro inserto ad formam. Clauditur cancellis ferreis, ante quos adest genuflexorium ex ligno nucis.

Huius capellae concessa est indulgentia plenaria in die S. Petri ad vincula vigore litterarum eiusdem Gregorii XIII in forma Brevis 6^o Kal. 8^{bris} 1585. Subiacet oneri unius missae diebus Dominicis, necnon et celebrandis in mense pro defunctis.

3^a est capella sub invocatione S. Mariae Magdalenae, ornata a Co. me. Gundisalvo Alvarez Romano. Ornatur undique sacris picturis, quae tamen tanta inadem humiditate, ut incipiant decolorari. Altare est marmoreum cum lapide sacro, non tamen inserto. Habet crucem et candelabra ex auricalco cum reliquis necessariis. Clauditur cancellis ferreis. Nullos habet redditus, neque onus.

A latere Epistolae prima est capella sub invocatione S^{mae} virginis, et S. Hyacinthi, ornata a Co. me. Alexandro Litta Mediolanen., olim Rotae Auditore, quae habet Iconam cum imaginibus ditorum Sanctorum, crucem et candelabra ex auricalco, et reliqua necessaria; ornatur undique sacris picturis. Altare est totum marmoreum, consecratum; clauditur cancellis ferreis. Subiacet oneri duarum missarum in qualibet hebdomada, et unius anni versarii ex dispositione eiusdem Alexandri.

2^a est capella sub invocatione S. Brunois Carthugiensis familiae Fundatoris, ornata a Co. me. Barth. Pouscochi Polono, fed. rec. Clementis 13^{mae} VIII

Cubiculario. Habet iconam cum imagine dicti Sancti, et reliqua necessaria. Mensa est tota marmorea cum lapide sacro inserto ad formam. Clauditur cancellis ferreis, nullos habet redditus, neque onus.

3^a est capella sub invocat. S. Crucifixi, ornata a bo. me. Hieronimo Ceulo, quae undique sacris picturis ornatur, licet humiditate moleant, adeo ut celeri egeant provisione.

Habet iconam cum imaginibus Domini nostri in cruce affixi, et S. Hieronimi. Altare est marmoreum cum lapide sacro nimis angusto. Redditur mensa satis lata ex quibusdam coronidibus ligneis, quae sunt removendae. Clauditur cancellis partim marmoreis, et partim ferreis. Nulli subijcitur oneri, quod sciat.

In reliqua ecclesia adest prope ianuam maiorem vas marmoreum ad usum aquae benedictae, ac duo honorifica monumenta sibi e regione correspondentia, quorum unum est bo. me. Cardinalis Parisii, aliud vero Francisci Card. Alciati.

Chorus positus est intra claustra monasterii in loco tamen ecclesiae adiacenti, quod duplici ratione factum est; tum quia huius Religionis mos est monachos ab hominum conspectu remotos conservare, tum etiam quia ecclesia propter eius amplitudinem non admittit chorum usibus istius Religionis aptum, propterea quod cum monachos iuxta eorum regularia

Statuta oporteat die, nocturne in eo distinctim immo rari, loco egent in quo sine fabulis discrimine hoc facere possint, qui cum in ecclesia aptari nequeat, ideo Patres in loco illi adiacenti chorum extruxerunt, scamnisque ad morem huius Religionis accomodatis undique septum cum Instrumentis librisque choralibus. In capite extat altare lapideum, cui est insertus lapis sacer nimis angustus. In reliquis est decenter ornatum. In eo celebratur quotidie per Patres in hoc mon^uo existentes.

Supra mensam eiusdem altaris adest tabernaculum, in quo quandoque retinetur Summum Eucharistiae sacramentum. Prope hoc altare adest locus apte dispositus, in quo sacrum oleum infirmorum decenter asservatur.

Proxime succedunt armaria duo sufficienti clausura munita, in quibus asservantur sacra Reliquiae infra describendae.

Choro adiacet mansio, in qua adest altare lateritium sub invocatione Sunt Crucifixi, cui est insertus sacer lapis nimis angustus. In reliquis est competenter ornatum. In eo celebratur per Patres.

Sequitur sacristia cum labello, et manutergij, sede confessionali, et genuflexorio, aliisque necessariis ad praeparationem, et gratias agendas.

Sacra suppellex est usibus ecclesiae competens, illiusque fuit iustum dari Inventarium. Praest illi unus ex monachis sacerdotibus.

tuatis. Ecclesiae deservunt monachi ritu Religionis servato,

tam quoad missarum, quam quoad officiorum celebrationem. Deserviunt etiam duo Clerici saeculares certa mercede conducti, qui degunt extra conventum, et per quos onera celebrationis missarum supplentur.

Titulus presb^{ri} Card^{is} fuit huic ecclesiae attributus a fel. rec. Pio IV, qui etiam illi assignavit Stationem in Dominica quarta quadragesimae, ac communicavit omnes indulgentias concessas ecclesiae S^{ae} Crucis in Hierusalem, a qua monachi propter aeris inclementiam recesserant, ut per eius litteras tronis Augusti 1561.

Statu Monⁱⁱ.

Monasterium est ad praescriptum huius Religio^{nis} accomodatum: continet siquidem duplicem ingressum, quorum unus ad ligna, aliaque usibus necessaria intromittenda, hic clausus retinetur, nec aperitur, nisi ex praefatis vel similibus causis. Alter qui deservit ad ordinarium monachorum ingressum, est sufficienti claustra munitus cum campanula ad vocandum portitorem existentem in proxima mansione.

Prima eius pars amplem continet claustrum quadratae formae, quod columnis ex lapide Tiburtino pari spatio determinatis [sic] sustentatur, cuius medio clauditur viridarium aequalis amplitudinis ad olera, cum abundanti aquarum decursu. In angulo eiusdem viridarii a commercio reducto adest Coemeterium, in quo monachi in hoc mon^{io} defuncti tumulantur.

2^a pars continet mansiones Monachorum, quae fuerunt repertae omnes uniformes, et ad praescriptum

huius Religionis accomodatae. Gaudet enim quilibet monachus tribus cellis uniformibus, oratorio, hortulo distincto cum fonte peculiari, et instrumentis ad se exercendum, et cantina ad ligna retinenda. Continet etiam carcerem pro contumacibus, in quibus nullus fuit repertus. Item habet Archivium, cuius claves retinentur a Procuratore Ordinis.

Adest Novitiatus, non tamen ad formam decretorum Clementis VIII, quia haec Religio est de exceptis in constitutione eiusdem Pontificis, in eoque unus de praesenti adest Novitius laicus.

Monachi qui de praesenti in hoc mon.^{rio} morantur, praeter D. Carolum Jacominum carcerarium, sunt XV, quorum X sunt sacerdotes, qui legitime cessante impedimento celebrant quotidie, et V laici.

Sacerdotes conveniunt in choro ad canendas horas nocturnas atque diurnas, post quas vacant orationi mentali, et reliqua exercitia spirituales explent in propriis mansionibus.

Non conveniunt in Praefectorio nisi
religioso vero tempore cuiuslibet cibaria subministrantur in propriis cellis, quas egredi iuxta eorum regularia Instituta minime licet.

Adest unica campana, quae aequè pulsatur in diebus festivis, et ferialibus.

Ex visitatione personali fuerunt reperta nonnulla, quibus providebitur in decretis.

Redditus ascendunt ad²⁾

1) Sic spatium vacuum in codice H.

2) Sic in codice H.

[Decreta Eclesiae]

Decreta Ecclesiae.

Ad altare maius.

Pixis in qua asservatur ^{pane} Eucharistiae sacramentum cum sit nimis parva renovetur ad formam novissimam.

Ad altare Chori.

Lapis sacer ex quo est nimis angustus amoveatur, et alter ad formam subrogetur.

Ad altare S. Mariae Magdalenae.

Picturis humiditate madentibus, adhibito Peritorum consilio, provideatur sumptibus haeredum bo. me. Gundisalvi Alvarez.

Ad altare S^{ti} Brunonis.

Haeredes quondam Parthi Ponseschi, vel de competentem dote provideant, vel capella alteri dotare volenti concedatur, interpellatis haeredibus praefatis.

Ad altare S^{mi} Crucifixi.

Lapis sacer, quia est angustus, amoveatur, et alter inseratur ad formam. Coronides ligneae, quia reddunt mensam satis latam, possunt amoveri.

Ucodex habet: pnt

Ad altare qui est in Sacristia.

Lapis sacer veluti nimium angustus amoveatur, et alter subrogetur ad formam.

Decreta Conventus.

Quando commode fieri poterit provideatur de alia campana, quae pulsari possit diebus festivis ad differentiationem feriatium.

Recreationes monachis permissae vigore Constitutionum intus vel extra claustra, servato Constitutionum tenore, non denegentur.

Infirmis omnibus provideatur indifferenter prout aegritudinis vel necessitatis causa poposcerit.

Quis Carolus Iacominus Lucensis, huius Religionis professus, et qui de praesenti in Urbe ubi fugitivus reperitur, perquiratur, et ad monasterium revocetur, ac contra ipsum, servata forma sacrorum canonum, et Constitutionum Religionis, procedatur.

Pecuniae in fabricam non erogentur nisi servata forma decreti generalis alias per Congregationem Sacrae Visitationis latis.

Monachi tot in hoc mon^o recipiantur quot suppetunt annales redditus, dummodo numerus XII non minuat^r.

In reliquis serventur Constitutiones Religionis. Decreta in quibus tempus non est adiectum, vel non habent tractum successivum, exequantur intra XV dies, reliqua exequantur statim sub poenis arbitrio."

A. Episcopus Bellicastro. Secretarius.

Intimata fuerunt per me suprascripta Decreta, cum dimissione Copiae in manibus R.P. Christophori procuratoris conventus die 24 Martii 1628. In fidem

Franciscus Meula Sub. Dep.

Miscellan. Arm. VII, 62. [sine pag. numerat.]

S. Mariae Angelorum in Theremis Cartusiano-
rum [visitatio].

16 Junii 1660 } Beatij. Padre { Per la Chiesa
ad Emin.^{um} Imperialem } — { di S. Mariae degl' Angeli.

Stante il zelo paterno, col quale la Santità
Vostra invigila sopra il grege commessoli
da Sua Divina Maestà, et in particolare
sopra le famiglie regolari di questa alma
Città mediante la Visita Apostolica, e Padri
Certosini della Madonna dell' Angeli, sup-
plichevoli Oratori di Vostra Santità, cogno-
scendosi [sic] bisognosi per molte e gravi parti
di sì salutare antidoto, supplicano humil.^{te}
la Santità Vostra a volerli accelerar detta
Visita per loro necessario rimedio, che di
tal gratia resteranno obligatissimi pregar
sempre per la felicità della Santità Vostra.
Quam Deus

[tergo] Alla Santità di N. S. Papa
Alessandro Settimo.

Per li Padri Certosini della
Madonna dell' Angeli.

[alia manu] — a Mon.^o Fagnano —

[tertia manu] — Ex Audientia S.^m 16 Junii 1660 —

— Ad Emin.^{um} Imperialem cum Coadiutore
R. P. D.^{no} Marigliano, [alias: Marliano.]

Miscell. Ann. VII, n. 70, f. 61.

hic in dorso tomi
legitur.]
H.

= Sacra Congregatio Visitationis Apost.^{icae} annor. 1661. 1662. =

= Visitatio Ecclesiae et Coenobii S. Mariae Ange-
lorum per Emin.^{um} d. Laurentium S. R. E. Car-
dinalem Imperialem die 18 Julii 1660, una cum
Episcopo Marianen. sibi in Coadiutorem assignato:
= 1660, 18 Julii. =

Fel. record. Pii pp. IV. Thermas Diocletiani pa-
tribus Carthusianis concessit, ibidemque ecclesiam
sub invocatione S. Mariae Angelorum, necnon
Coenobium aedificavit nonis Augusti 1561, quo
tempore Patres Carthusiani ex mon.^{rio} et ecclesia
S. Crucis in Jerusalem, aeris urgente inclemente
translati fuerunt ad coenobium noviter constru-
ctum, quod imperfectum, morte superveniente
Pii IV, remansit, prout pariter imperfecta re-
mansit Ecclesia, cuius media pars ex Mi-
chaelis Angeli Bonaerota delineaementis con-
structa fuit.

Primum Eucharistiae sacramentum qua decet
reverentia fuit visitatum, quod fuit repertum
in quatuor particulis, quae in hebdomada con-
sumuntur, et servatur in Pixide argentea in-
aurata, quae cum nimis angusta sit, ex de-
creto sacrae Visitationis apostolicae usque de an-
no 1608 ampliari debebat; sed asserunt Mona-
ci, quod cum fere nullus in dicta ecclesia so-
leat suo Eucharistiae sacramento reficari, pro
conservandis quinque, aut sex particulis, Pixidem
quantumvis angustam esse capacem, prout cum ef-
fectu videtur esse. Clavis tabernaculi detinetur

a sacrista, cui fuit per Emin.^{um} D. Visitatorem ordinatum, quod sericeo ligamine decenter custodiretur. Coeterum Altare maius, satis apte compositum, habet imaginem Imae Virginis, quam Angelorum chorus exornat. Altare est totum marmoreum, consecratum, habet magnam Crucem, et octo candelabra argentea, quorum quatuor una cum cruce donata fuerunt a bo. me. Card.^{le} Altemps, ut apparet ex insignibus eiusdem. Adest ante altare maius presbiterium cancellis ligneis clausum, cum uno genuflexorio ex ligno nucis. In lateribus eiusdem altaris lampades ex auriscalco, cum lacrimis accensis diu nocturne, ut asserunt, existunt. Subiacet oneri missae quotidianae.

In pariete eiusdem presbiterii a cornu Evangelii adest monumentum fel. rec. Pii pp. IV, cui respondet monumentum aliud simile ex altera parte eiusdem presbiterii bo. me. Card.^{ly} Serbelloni, eiusdem pontificis consanguinei.

Sex aliae capellae tantum in reliqua Ecclesia existunt.

1^a a cornu Evangelii sub invocatione Sui Salvatoris, quae fuit ornata a quondam Mathaeo Catalano Siculo, ut ex memoria in eadem capella existente, et ex imagine eiusdem in muro depicta.

Altare est totum lapideum, consecratum, habet suam Crucem, et candelabra auriscalci, clauditur cancello ferreo; nulli oneri (quod sciatur) missarum subiacet.

Duo tantum super altari linteamina existebant, et

ea non, ut decet, munda; fuit itaque per Emin.^{um} Dominum Monacis iussur, ut tertium linteamen adderetur, et decentius custodiretur. Capella prout apparet ex litteris Gregorii XIII in forma Brevis, sui die X Martii 1576 [¹⁵⁷⁴ 176?] expeditis, est privilegiata pro defunctis in perpetuum pro quocumque sacerdote, ac si celebraret in ecclesia S. Gregorii. Asserunt Monaci nullum adesse haerodem, quod sciatur, dicti q^{ui} illat^{us} thaei Catalani, ad quem onus manutenendi capellam spectaret; ac ideo si huic oneri debent ipsi esse suppositi, ipsis etiam capellam adiudicandam esse.

Addatur tertium linteamen et decentius custodiretur.
[alia manu] n.

2^a Capella est sub invocatione S. Petri, ornata a fel. me. Petro Alphonso Avenioren., cuius sepulchrum extat ad pedes eiusdem altaris. Habet iconam cum imagine Divi Petri, cum cruce et candelabris auricalchi, mensa est lapidea, sed lapis sacer insertus est angustus nimium, fuit sancitum per Emin.^{um} D^{omi}num, quod ampliaretur, et quod linteamina de super mensam apposita magis munda impo^{si}tum tenerentur. Clauditur cratibus ferreis. Capellae est concessa indulgentia plenaria in die S. Petri ad vincula, ut ex Brevis Gregorii XIII, 6 Kal. Octobr. 1585. Subiacet oneri missae unius diebus dominicis, et duarum in mense pro defunctis. Habet in redditu sat. 20.

Ampliatur lapis sacer, et linteamina super altare magis munda apponantur.

3^a Capella sub invocatione S. Mariae Magdalenae, ornata a Gundisalvo Alvero, parum decenter custoditur, Monacis asserentibus curam eiusd. capellae ad haeredes Gundisalvi Alvarez [sic] spectare, et hoc redibus affirmantibus hoc onus monachorum esse. Unde fit quod missae [quae] ex dispositione eiusdem

Gundisalvi in dicta capella celebrari deberent, alibi per haeredes celebrari fiant. Pro dote dictae capellae olim praedictus Gundisalvus assignavit in duabus partitis loca quinque montis Pacis, quae tunc reddebant scuta XXVI cum dimidio. Post extinctionem dicti montis fuerunt emptata loca quinque montis Preligionis, quo pariter extincto loca modo reperuntur in Monte Test^{to} 2^{ae} erectio nis. Athas per sacram visitationem fuit sanc tum, quod picturae, quibus undique ornata erat capella, humiditate madentes, et fere con sumptae, reficerentur ab haeredibus dicti Gundisalvi, qui dictas picturas usque ab anno 1628 inde abstulerunt ad hunc effectum, nec eas hucusque in capellam praedictam reulerunt, Ex diligentis tamen per Emin^{um} ^{duum} ordinatis apparet, quod picturae omni no decoloratae, quin et penitus consumptae exi stunt, et haeredes novas in iisdem sitibus pictu ras apponere se offerunt. Capella indiget repa ratione, et reliquis necessariis. Claudibus cancellis ferreis, et nulla missarum Monachis incumbunt onera, sed haeredes assignatos redditus trahunt, et missas celebrare faciunt.

Præfixatur Berni nus d. de Alvarez ad apponendas pictu ras, trium mensium

Doceant haeredes de celebratione missarum ac producant instru mentum dotationis.

Ab alio latere epistolae tres Capellae existunt. — 1^a Capella est sub invocatione B^{mae} Virginis, et S. Hyacinthi, quae fuit ornata a bo. me. Alexan dro Litta Mediolanen. S. Proboe Auditore. Est dotata in scutis 500, quae primitus fuerunt implicata in locis quinque Stampae Vaticanae, quae tunc reddebant scuta 30 annuatim. Post extinctionem dicti Montis fuerunt implicata in censibus, quae modo

reddunt scuta 21 cum 4^o alterius scuti; cum onere duarum missarum in qualibet hebdomada et unius anniversarii. Habet crucem, et candelabra aurical, ubi cum reliquis necessariis, et decentius quam reliquae capellae custoditur. Altare est totum marmoreum, consecratum, ornatum undique sacris picturis, et clauditur ferreis cancellis.

2^a Capella ex eodem latere epistolae est sub invocatione S. Brunonis, quae fuit ornata a fel. me. Bartholomeo Daughski Potono, cubiculario sanctae mem. Clementis pp. VIII. Haec etiam capella decenter custoditur. Habet crucem cum suis candelabris, et reliquis necessariis; nullum onus, et nullos redditus asseritur capellam habere; clauditur cancellis ferreis.

3^a Capella est sub invocatione ^{S^{an}c^ti} Crucifixi, indecentissime detinetur. Fuit ornata a fel. mem. Hieronimo Ceulo sacris picturis undique, quae fere consumptae, et humiditate labefactatae sunt. Altare est marmoreum cum lapide sacro unius angusto, sine linteaminibus, sine candelabris et aliqua ex sacris suppellectilibus: clauditur cancellis partim marmoreis et partim ferreis. Dicta capella fuit dotata in scutis 30 a dicto Hieronimo cum onere quatuor missarum in qualibet hebdomada. In graduatione Creditorum eiusdem fuerunt assignata quinque loca Montis Fidei, quae modo reddunt solum scuta 20. In

Provideatur ex redditibus de necessaria suppellectili. } stant Monaci pro reductione missarum, stante maxima necessitate reaptationis, et provisionis sacrarum suppellectilium.

Praeter ecclesiam, visitavit Emin^{us} D^{ny} Chorum positum intra claustra monasterii, in loco Ecclesiae adiacenti, decenter custoditum, cum suis scamnis ligneis, ad morem Religionis accommodatis. In capite chori existit lapideum altare, cui est insertus lapis sacer nimis angustus, quem ampliare iussit Emin^{us} D^{ny}. Supra mensam eiusdem altaris retinetur ut plurimum ^{sum} Eucharistiae sacramentum; et prope altare est pariter locus apte dispositus, in quo decenter servatur Sacrum Oleum infirmorum. Hinc inde duo existunt armaria lignea, in quibus diversae Sanctorum Reliquiae satis decenter servantur; quarum tamen authentica documenta non adsunt, et earum notam per Monachos exhiberi iussit pariter Emin^{us} D^{ny}.

Adiacet Choro Sacristia, in qua pariter adest altare lateritium, sub invocatione ^{Sancti} Crucifixi, cui est insertus lapis sacer nimis angustus, quem ampliare iussit Emin^{us} D^{ny} Visitator. Adsunt in ea tabellum, manutergia, sedes confessionalis, et genuflexorium, cum armariis ad servandam sacrae suppellectilem accommodatis, cuius sacrae suppellectilis Inventarium exhiberi iussit Emin^{us} D^{ny} Visitator per monachum qui eidem Sacristiae praestet.

Completa visitatione Ecclesiae, Sacristiae, et chori, accessit ad Claustrum maius monasterii, in quo adsunt octo monachorum cellae efformatae iuxta consuetudinem Religionis, quarum septem inhabitantur a monachis; octava erat vacans. Ingressus

in earum singulas valde laetatus est de compositione, et vitore in omnibus reperto, interrogatisque monachis super observantia regulari, formaque regiminis in spiritualibus et temporalibus moderni Superioris, voce et scriptis habuit quae seunctim ab hac relatione describentur.

[vide inferius
pag. 145. J
H.

Praeter dictas octo cellas in claustro maiori, adest extra illud alia cella pro ven^{ti}. p. priore, qui ad praesens est etiam Procurator generalis totius Religionis, et alia itidem cella pro procuratore particulari monasterii, quae pariter fuerunt visitatae. Ad sunt etiam cellae pro fratribus conversis, ac habitatio distincta pro servientibus secularibus. Praeterea monasterium habet claustrum parvum, Bibliothecam, Foresteriam, Refectorium et alias officinas et obedientias iuxta morem Religionis, ac inter septa mon^{rii} adest Vicina pebierum XXX, cum viridario, et fontibus, et undequaque tota fabrica mon^{rii} cingitur muro.

Quoad statum temporalem et redditus praedicti mon^{rii} possumus referre ascendere ad Scuta: **IV.^m CCCXXXIV** baj. sb annua, consistentia in duodecim membris, quae mox describentur, ubi prius exposuerimus tempore translationis factae anno 1561 de dictis monachis ex mon^{rio} S. Crucis in Jerusalem fuisse ipsis a Pontifice reservata omnia bona et redditus quibus antea fruebantur, ita ut Monachis Cisterciensibus subrogatis, tantummodo usus Ecclesiae et mon^{rii} remanserit. Sed valde tenues tunc temporis erant redditus, quem admodum etiam paucus monachorum numerus;

exceptis enim tribus vel quatuor partitis, nempe
 responsione censuum super domibus ascendente ad sum-
 ma 7447, 40, et canonum super vineis ad 7^o 673, 63,
 nonnullis cadis vini ad 7 46, 27, unius vineae
 petiarum XXXV, et unius tenutae rubrorum XLV,
 in omnibus ascendentes ad 7 1300 circiter; reliquae
 omnes acquisitiones et augmenta fuerunt post di-
 ctam translationem [anni] 1561.

Membra superiorum enumerata reddituum sunt
 prout sequitur, nempe:

Canones super domibus in 14 partitas — 7447 . 40
 Canones super vineis in partitas 64 — " 673 . 63
 Canones in cadis vini — — — — " 46 . 27
 Loca LXXIV cum dimidio Montium Came-

ralium, et loca XLVIII Montium Baronialium " 538. —

Fructus censuum cum particularibus in 8 partitis " 391. —

Fructus censuum cum Religiosis in 24 partitis " 1723 . 98

Fructus annui Legati Capituli S. Petri — " 20. —

Fructus unius capellae unitae Mon^o a S. M. Sisto V. " 53 . 16

Pensiones hortorum, stabuli, fanileum, detri^o expensis " 275 . 33

Fructus duarum Vinearum, nempe unius 30 pe-
 tiarum intra claustra, et alterius petiarum 35 extra

Portam Maiorem — — — — — " 121 . 58.

Fructus tenutae rubror. 45, ad proportionem redd. in

sex annos — — — — — " 23 . 31

Incerti ex elemosinis, ac laudemij ad ratam

in sex annos — — — — — " 31 . 46

Quae omnes partitae in totum conflant summam 74345, 2.

et multiplicata in sex (nam sex annorum moderus Prior
 reddit rationem suae administrationis, nempe a die 1^{ae} Septembrij
 1654 usque ad diem 1^{am} Septembris 1660) facit summam —

Utrum 7 indl }
 cat. Santa }
 H.

[facit summam] — — — — — 26070, 12.
 cui addenda sunt alia — — — — — " 441, 45.
 exacta ex censibus et locis montium ante ipse
 nem reductionem; et sic in totum sunt 26511, 57.
 Quorum 25250, 9^l. fuerunt exacta a Procuratore, et alia
 Sueba 1260, 83, remanent exigenda, quae relicta in
 comput. Prioris, et additis sanctis 4102, 72, quae in in-
 gressu suae administrationis reperit partim in pecunia
 numerata, partim in creditibus, remaneret debitor
 in scutis 30614, 48. Quorum exitus est prout sequitur,
 nempe: 25577, 33 in 14 partibus expensis pro susten-
 tatione Monasterii, 1150 in investim. censu, et alia
 1200 investita pariter in alio censu, et sancta 8 pro com-
 plemento unius Montis Salis, citra errorem in totum:
 27935, 33, quibus deductis ex summa 30614, 48,
 remaneret debitor in 2679, 15, quae contraponea-
 tur acquisitioni unius Censu cum Reliq. 3200 in capi-
 tali die 6 Maij 1659, ad rationem $\frac{1}{4}$, quae habuit accom-
 modata a Procuratore generali, et exolvat in dictore
 siduo 2679, 15, additis 520, 85 ex [unius] penunij exi-
 gendis; et sic omnia computa erunt solidata usque
 ad diem 1. Septembris 1660.

Exitus autem, qui emuntur pro sustentatione
 Monasterii in 14 partibus, est prout sequitur, nempe:

1. Pro lecteria in cerar. oleo, et alijs ornamento 2203, 60.
2. Pro elemosinis in pecunia numerata " 334, 49.
3. Pro fabricis, reaptationibus, et manuten. tectorum Mon. " 1577, 86.
4. Pro expensis litium, mercede Notariorum, Cursorum, Soli-
 citator, procuratoris, et advocatis — — — — — " 608, 28.
5. Pro expensis Aromatarii, Medicorum et Medicinarum " 783, 48.
6. Pro strens temporis Natalij, mensis Aug. et distrib. Candelar. " 655, 61.

- 7. Pro mercede famulorum Domus — — — 695. 91.
 - 8. Pro rheda et annexis Proc.^{ri. gli.} — — — „ 1850. 47.
 - 9. Pro litteris, atramento, et charta — — — „ 427. 7.
 - 10. Pro suppellectilibus stibij [sic], coquinae, furni,
dealbat. pann. — — — — — „ 877. 97.
 - 11. Pro victu Religiosorum, infirmorum, servientium,
advenij, et eleemosinis victualibus — — — „ 13830. 10.
 - 12. Pro vestiarij Religiosorum — — — — — „ 893. 37.
 - 13. Pro expensis itinerum in varijs occasionibus „ 296. 85
 - 14. Pro annuij oneribus, nempe 785 pro censu
annuo vitalitio Ceciliae Giannitini?], et pretio
cadorem quatuor, et uno quarto debitorum capi-
tuli S. Mariae Maioris — — — — — „ 546. 79.
-
- 7 25576. 25.

Quae summa 7 25576. 25, si in sex repartia-
tur, erit pro quolibet anno 7 4262. 54.

Tempore Visitationis aderant in monasterio novem
Monachi sacerdotes, computato Priore, qui, ut dictum fuit,
est etiam Procurator Generalis, ac etiam procurator
particulari Mon.^{rii}. Quinque aderant fratres conversi,
et sex servientes seculares, quorum omnium manu-
tentioni, calculando solium partitas quae ipsos tan-
gunt, nempe 7 783. 98 pro infirmis, 7 695. 91 pro mercede
famulorum, 7 422. 7. pro litteris et carta, 7 877. 97, pro sup-
pellectilibus diversis, 7 138. 30, 10, pro victu et 7 893. 37
pro vestiario, ac 7 296. 85 pro itineribus, conflant sum-
mam 7 17800. 25, quae in sex annos aequaliter
divisa, ad unumquemque spectaret summa 7 2966. 70.
quae iterum distributa in viginti capita, ad quodlibet spe-
ctarent 7 148. 3. Quae expensa, respectu maxime conver-
sorum, et saecularium, an sit excessiva, considerandum est.

Affictus Stabilitium ascendunt ad scuta 423 annua, quae multiplicata in sex confident summan z 2538. Notantur tamen redditus in scutis solummodo 1652, cum scuta 691 fuerint expensa in reaptatione, et manutentione dictorum Stabilitium, et z 195 importat tempus, quo non fuerunt locata. Considerandum, an expediat, quod similes expensae non possint fieri absque notitia Monachorum; Consumpta enim est prope tertia pars reddituum in expensis.

Fructus duarum vinearum, unius intra claustrum petiarum 30, et alterius extra portam Maiorem petiarum 35 hoc sexennio ascendunt ad cados seu barilia 3116, quorum exitus est ut sequitur, cadi 1787 $\frac{1}{2}$ fuerunt venditi pretio z 3546, 55, cadi 844 pro servitio Monasterii calculanter z 928, 40, cadi 150 consumpti pro usu vineae, cadi 18 deperditi, cadi 3 furto ablati et cadi 311 $\frac{1}{2}$ pro solita diminutione. Propterea fructus dictarum vinearum, comprehensis z 353, et 73, ex alijs fructibus recollectis, ascendit ad valorem z 4828, 6 $\frac{1}{2}$ 68. Expensae autem pro earum gubernio ascendunt ad scuta 3727, 6 $\frac{1}{2}$ 15, aliae z 100 pro refectione muri diruti, et z 270 pro mercede vinitoris ad rationem z 45 pro quolibet anno. Quae summae in unum redactae faciunt z 4099, 16; Detractis autem ex summa z 4828, 73 introitus, remanet fructus totius sexennii superior exitu in scutis 729, 52, quae in sex partes divisa, ad rationem anni fuit z 121, 58 $\frac{1}{2}$ - Posset considerari an expediret permitttere, quod continuaret haec forma culturae tam modici fructus, vel potius quod procuraretur venditio saltem illius quae est extra Portam Maiorem.

Benuta rubrorum 45 extra Portam Maiorem anno 1655 fuit tritico sata, et reddidit rubra 283 tritici, quemadmodum etiam alia rubra 282 reddidit anno 1660 quo pariter fuit sata. Anno 1656 fuit data, ut dicitur, a coltivare pro scabis 200. Alij annis 57, 58, 59 data, ut dicitur, ad erbas. Redditus totius sexennii fuit z 3675. 50. Expenae vero ascendunt ad z 3535. 60, quae detracta ex introitu z 3675. 50, remanet introitus superior exitu in z 139. 90, quae aequaliter in sex annos distributa, pro quolibet sunt scuta 23, 31 $\frac{1}{2}$ - Considerandum an sit opportunum vendere hanc Benutam, vel saltem locare, aut in emphiteusim concedere.

Fructus Cenjum quos Monasterium habet in octo partitis cum nonnullis particularibus ascendunt ad scuta annua 393, in capit. [ali.] z 7940. Quos autem habet cum Reliq. in 24 partitis ascendunt ad scuta annua 1723, 88, in capit. z 39575. Per reductionem praedictorum Cenjum, quae pene in omnibus sequuta est de mense Julii anni praeteriti, amisit Monasterium scuta 225, b. 53 annua, quemadmodum etiam amisit scuta 37, b. 25 ex causa reductionis locorum 7 $\frac{1}{2}$ montium Cameralium, quae unita diminutione fructuum cenjum in z 225, b. 53, conficiunt summam z 262. 75, in quibus hoc sexennio diminuti sunt redditus mon., praeter alia z 70, b. 50, quae inferius describuntur.

Verumtamen damnum hoc fuit maxima in parte compensatum acquisitione unius Cenjus die 6. Maii 1659, n^o 22, fructus z 136, in Capitali z 3200, alterius sector. 48 b. 90 de mense februar. 1658 n^o 21, in cap. z 1150, ac unius ratae z 29. 75, in cap. z 700, cenjus in maiori

quantitate initi, prout n^o 20, qui fructus in botum ascen-
dunt ad summam 7 21k, 65, et sic in scutis 48, 6. 10
remanet damnum reductionis cenpium ac locorum Montium.

Praeter superius enuntiata damna, quae monaste-
rium habuit ex reductione cenpium, et locorum Montium,
ut vidimus, pene compensata novis acquisitionibus, re-
manet aliud scutorum 60 annuorum, ex eo quod ^{da} Came-
ra apostolica, solita conducere duo horrea pro 7 110,
unum supra alterum, cum hodie utatur horreo inferio-
ri pro stabulo Militum Cataphractorum, nec amplius con-
ducatur horreum superius pro quo solvebat 7 60, remanet
dictum horreum inconductum, cum ratione stabuli in-
ferioris nemo illo uti possit.

Aliud etiam damnum sustinet scutor. 10, 50 annuo-
rum, cum vinea petiarum septem $\frac{1}{2}$, super qua erat
dicta responsio, penitus vastata sit, nec inveniat
qui illam conducere velit.

Et haec sunt quae circa temporalem Monasterii
statum possum referre.

" " "

Nomina Monachorum qui erant tempore visitationis.

Admodum R. P. Dominicus Marisotti, Lotharingus Prior, et Proc.^{tor} Gen.^{lis}

R. P. Stephanus Arvellinus ex Roncalis, vicarius.

R. D. Gregorius Ramarottus Bononien. Infirmary.

R. D. Uguis Crudus Romanus.

R. D. Paulinus Maracci Lucensis.

R. D. Augustinus Cirus Florentinus.

R. D. Vincentius Sandriani Picenus, Procurator Mon.^{ris}

R. D. Uguis Carcopinus Adiacen.

R. D. Brunus Turaminius Senen.

Fratres Conversi

Fr. Laurentius Orient.^{lis} Picenus.

[fn]

- Fr. Simeon Senensis.
- Fr. Angelus Flander.
- Fr. Joseph Bellus Lucensis.
- Fr. Alexander Senensis.

Sex servitores laici.

Alia manu, sed
 coeva. H.
 [vide inferius]
 pag. 145.
 H.

Visitatio personalis fuit separabim consignata
 M^o Fagnano Secretario. 1)

Miscell. Arm. VII. no 62 f. 4- [1660 - 18 Julii.]

Cappella S. Mariae Magd. in ecclesia S. Mariae Angelorum, spectans ad haeredes q^um Gaudisavi Alveri, valde deformata reperta est: quaeritur an debeat mandari haeredibus, quod reficiant picturas circum circa eandem capellam ab ipsis ablatas cum reperirentur humiditate madentes et pere consumptae, iuxta alias decretum a S. Visitazione; necnon eidem praecipere, quod producant instrumentum obligationis pro Missis celebrandis, et in quo consistant redditus, ac ubi celebrari debeant.

Cappellae S. Hieronymi dominorum de Cevoles ab initio fuerunt assignati redditus suborum 30 cum onere quatuor missarum in hebdomada. In graduatione dictorum de Cevoles fuerunt assignata loca quinque M^ontis Fidei, quae modo reddunt subo 20 imparia tanto oneri, praeterquam quod cappella indiget aliqua reparatione; ideo instant pro reductione.

Cappella S. mi Crucifixi a q^um Mattheo Catalano ornata variis supellecilibus indiget, nescitur ullum ad esse haerodem. Supplicant Monaci ipsos concedi

cum onere manutentionis.

Quoad temporalia

Inter membra reddituum monasterii adest *Benedita* extra Portam Maiorem rubrorum 45, cuius fructus in toto sexennio faciunt pro quolibet anno proportionabiliter $\frac{7}{29}$. Quæritur an sit expediens vendere vel locare ad longum tempus, seu in emphiteusim concedere.

Duae pariter vineae, una petiarum 30 intra clausuram, alia 35 extra Portam Maiorem, simul unitae non reddiderunt nisi $\frac{7}{121}$ ad rationem anni; quæritur an similiter opportunum sit, eodem modo, concedere illam petiarum 35, quae est extra Portam Maiorem, venditioni vel etc.

Circa expensas quae calculantur ad rationem scutorum 148 pro quolibet non solum Monacho, sed converso, et seculari; an sit expediens moneri congruam parsimoniam. Item etiam circa fabricas, ne faciat Prior sine participatione Monachorum

Miscell. Arm. VIII, to. 62, f. 5. —

[—1660, 18 Julii.]

[Visitatio
personalis.]

H.

In visitatione personali Monachorum Cartusiae, auditis singulis, et interrogatis circa observantiam Regularem, servitium Ecclesiae, formamque gubernii, tam in spiritualibus, quam temporalibus moderni Prioris, allectisque Monachis ad sincere proferendum, si quae in monasterio provisione indigentia cognoscantur, variae ab ipsis de praesenti regimine quaerimoniae fuerunt expositae, et primo;

Circa spiritualia

- Quod Prior recitationi divinorum officiorum pene unquam assistat.
- Quod absque decenti candelarum numero exponatur Sanctissimum in oratione quadraginta Horarum, cum scandalo adstantium
- Quod absque Baldachino fiat Processio Sanctissimi in Ecclesia, et quando deferitur ad infirmos.
- quod in Octava Corporis Christi, solummodo in celebratione Missae, et recitatione vesperarum teneatur Sanctissimum expositum, licet Statutum dicat, quod debeat teneri in omnibus Horis.
- Quod de sacris suppellectilibus nimium parce in Ecclesia provideat.
- Quod ad duas reduxerit quatuor Missas, quae in capella s. Hieronymi antea celebrabantur, nec teneat capellanum saecularem, ut moris erat.
- Quod Monaco petenti suam auctoritatem in foro conscientiae, vice eum solandi, responderit: audiam te; unde summa cum amaritudine discesserit.
- Quod perrari subditi in tentationibus, et tribulationibus positi, possunt ad Priorem confugere, ut ait Statutum, tanquam ad benignum parentis sinum, et ei omnia secreta sua manifestare, cum sit natura et moribus nimium asper, durus, inexorabilis, crudelis, inhumanus, et addunt etiam alia epitheta magis gravantia, et quod nunquam ab ipso sua ve colloquium, et verbum ullum consolationis haberi possit. Nec mirum (ut aiunt Monachi) cum a primis annis suae professionis, ab observantia claustrali abstractus, et in officiis implicatus, Vicarii munere nunquam functus fuerit, ac ideo de monachorum

conscientiis proximam non habeat, nec eorum infirmitatibus, et indigentibus compati sciat.

Quod notabiliter minuerit eleemosinas quae distribuuntur in porta Monasterii, et aliquibus particulis, et quod a tempore pestis citra valde tenues et pene ullae factae sint.

Circa temporalia.

Quod indigentibus Monachorum tenue provideat, praesertim infirmorum, quos valde raro invisit, nec eis prestat famulum servientem, et maxima utitur parsimonia in provisionibus medicorum, et medicamentorum. In propriis autem infirmitatibus valde liberalis, ac pene profusus.

Quod minuerit Monachorum, et fratrum converforum numerum.

Quod cum damno Monasterii quinque equos eumtriat.

Quod lauta mensa pro se utatur, diverta vero pro Monachis, qui saepius, in potu praesertim, male habentur.

Quod super subditis exerceat dominum pene despoticum, quemadmodum etiam super redditibus Monasterii, omnia disponens ad suum libitum, absque ulla Monachorum notitia.

Quod non retineat Arcam communem in Monasterio sub tribus clavibus, unam pro se, et duas pro duobus Monachis sibi bene visis, prout iubet Statutum cap. 3. n. 11. Nec etiam singulis annis faciat Procuratorem rationem reddere generalem totius recepti, et expensae factae in illo anno, prout disponitur in eodem cap. 19.

Quod pene continue domo exeat, et saepius sine socio,

nullo habito temporum discrimine, licet Statutum dicat, quod nullo tempore debeat Prior unquam sine multum rationabili causa exire de domo, et praecipue ab Adventu usque ad Epiphaniam, et a Quadragesima usque ad Octavam Paschalis, dicto cap. n.º 13.

Quod valde raro, et summa difficultate permittat Monachos visitari a religiosis et proppinguis, cum suspicionibus temper sit undequaque circumseptus.

Quod protulerit nonnulla verba minus obsequium sonantia, occasione qua fuerunt ab Emin.^{mo} Visitatore requisita sacrarium Reliquiarum documenta authentica; ac etiam de Natione Italica pluribus male loquutus sit.

Quod verbis et factis continue Monachorum animos exasperet, ac ad dementiam pene, et ultimas perditiones adigat, summo utent imperio, ac si abjolutus dominus esset; ipse vero servi.

Haec et fortasse maiora septem Monachi, et quatuor fratres conversi, voce, et scriptis retulerunt. Solus Monachus Procurator monasterii, et unus ex fratribus conversis, se mitius egerunt: Immo Procurator repraesentat Priorem virum satis discretum, re laubem, providum, ac necessitatibus subditorum indulgentem; et frater conversus ad eandem pene formam loquutus. Hi autem duo a ceteris Monachis et conversis nimium Priori addicti enunciantur, et praesertim Procurator una et eadem res cum priore supponitur. In suavitate autem morum, et aspectu valde inter se distare.

Ceterum superius dicti Monachi, et conversi concorditer dicunt, et scribunt motiva huiusmodi spiritus subditorum, exiguae caritatis, rigoris, extollentiae, immo petulantiae, et superbiae originem trahere a perpetuitate regiminum, ad quae, ut plurimum, Priores, non solum malis artibus, sed quandoque etiam simoniace sibi viam parant.

Quo autem ad casum particularem moderni Prioris, qui est etiam Procurator Generalis totius Religionis, combinationem huiusmodi officiorum in eodem subiecto perniciosam existimant. Unum enim respicit spirituale, et alterum temporale, et difficillime utriusque satisfieri potest, cum sola Procura Generalis requiratur totum hominem, et necessitatem continuam exeundi e Monasterio. Unde spirituali subditorum consolationi adesse non potest.

Obtestantur omnes suppliciter pro mutatione superioris, et quod officium redigatur ad triennium, prout in alijs Religionibus, ad hoc ut gubernium mitius exerceretur; et superiores intelligentes, se aliquando futuros subditos, discant illam cum alijs mansuetudinem exercere, quam in se ipsis cuperent in oportunitatibus experiri.

Addunt praedicti Monachi videri se in maximis aerumnis, et periculis constitutos, gravissimaeque oritura scandala, si durat praesens gubernium. Aucta est enim, occasione huius Visitationis, solita Prioris saevitia et asperitas, suspicantis Monachos varia Emin.^{no} Visitationi detulisse circa eius naturam, et mores, ac iam aliqua futurae irae indicia erumpere, si adsit potestas.

Miscell. Arm. VII n. 70, fol. 73.

Retulit Emin.^{us} Dⁿⁱ Cardinalis Imperialis cum
 R. P. d^{no} Marliano visitationem Ecclesiae et mo-
 nasterii S. Mariae Angelorum Ordinis Cartusien.
 et cum in visitatione personali Religiosi fere
 omnes multas querimonias egerint contra
 Priorem, illiusque regimen: deliberatum est de
 remedijs opportunis, quibusdam ex patribus pla-
 cuit advocandum esse Visitatorem Provinciae, qui
 de praedictis inquirat et ubi opus fuerit provideat.
 Alii dixerunt separandum esse officium Procuratoris
 Ordinis ab officio Prioris, ita ut praesens Prior re-
 maneat cum solo officio Procuratoris Ordinis, et de-
 putetur alius Prior pro regimine monasterii. Alii
 mitius agendo putarunt Priorem serio admonen-
 dum esse ut humanius se gerat erga suos Reli-
 giosos, et corrigat quae Sacra Congregatio monuit cor-
 rigenda. Alii vero severius putarunt eum abse-
 nte amovendum esse ab officio Prioris et Procu-
 ratoris Generalis, et dandas esse litteras ad Gene-
 ralem Ordinis in Gallia, ut eum amoveat, et
 alium deputet, qui simul sit Prior, et Procurator
 Generalis; et scribendum Vicelegato Avenionensi,
 ut eidem generali significet rationum momenta
 ob quas S. Visitations congregatio censuit ita pro-
 videndum. Dictum tamen fuit prius esse refe-
 rendum Sanctissimo. †

Vide immediate su-
 perius 77.

Sequitur relatio visitationis, cuius tenor talis
 est. Inseratur!

† Sub hoc signo nota marginalis in codice habet:
 Singulis post haec Religiosis memorati monasterii singillatim

per Secretarium auditis, et facta relatione
 Sanctissimo, Sanctitas sua dixit Priorem esse
 dumtaxat monendum ore tenus, ut cum suis
 Religiosis humanius se gerat.

Miscell. Ann. VII, n. 62. fol. 2 - 3

Ill^{mo} e Rev.^{mo} Sig.^{re}

Il Priore della Certosa di Roma, e Procuratore Generale
 dell'Ordine presenta a V. S. Ill^{ma} nell'annesso foglio
 le brevi, e sincere Giustificazioni di quel poco, che
 ha potuto penetrare dell'esposto nella Visita
 Apostolica; supplicandola humilmente a degnarsi
 di avvalorarle con la sua solita protezione; e
 se occorre altro di comunicarglielo, che lo ri-
 ceverà a grada singolare da V. S. Ill^{ma}
 Quam Deus etc.

tergo: All' Ill^{mo} e Rev.^{mo} Sig.^{re} Monsig.^{ro} Fagnani
 Segretario della Visita Apostolica
 Per

Il Priore della Certosa di Roma.

" " "

Nell' esporre le 40 Fiore, nelli sei anni si è ac-
 cresciuto, e l'ornamento fatto di nuovo, e il
 numero dei lumi; e in tutto si eccede assai
 l'ordine stampato; poiche in vece di otto fa-
 cole d'una libra, e di altri sei lumi, e doi
 [sic, per: due] torcieri: si mettono otto facole di
 libbre due, e 24, e alcune volte 30, candele di
 mezza libra, e sei torcieri con facole di circa
 quattro libbre l'una, come nell'occorrenza del

santo giubileo ha veduto la Santità di Nostro Signore, il sacro Collegio, e tutta la Corte.

Nella Sagristia è stato sempre, e si ritrova di presente, il baldacchino di damasco cremisino ornato di oro e seta, e si adopera ogni volta che si porta il Santissimo, et in questo non si è innovato cosa alcuna nei sei anni.

Per l'occorrenza d'infermità ci sono medici, e cirurco stipendiati; e nel monastero, oltre l'assistenza del Priore, Vicario, e Procuratore, a visite di Religiosi, ci è anco l'infermiario, che è un Monaco claustrale deputato a posta per consolatione degl'infermi, ai quali si fa assistere da uno, o più, servitori, e anco da frati conversi giorno, e notte secondo il bisogno, e si provvede a tutto puntualmente.

Al Procuratore di casa si rivedono li conti conforme ordina lo Statuto, eccettuato se alcuna volta si è differito per qualche impedimento.

Circa la Cassa commune non si è fatto novità alcuna nelli sei anni.

Il Priore di questa Cerbosa di Roma ha sempre havuto la cura dei negotij della Religione, con titolo anco di Procuratore generale, il che è riuscito e riesce di tanto vantaggio e commodità a tutta la Religione, et anco alla detta Cerbosa, che se non fosse fatta tal unione, sarebbe necessario di farla.

Il Priore suddetto nei anni del suo governo non ha dato mai mortificatione nè in publico,

nè in privato ad alcuno; non ha introdotti nuovi rigori, non scemato, nè ristretto cosa alcuna; eccettuato di haver levati alcuni abusi et inosservanze contro li Statuti, e questo per ordine del Padre Generale; ha però introdotto il canto solenne all'uso della Religione.

Il medesimo Priore fa la vita comune di tutti, e quanto gli è dato, come Procuratore Generale, tutto comunica al Convento. È indifferente con tutti; libero nel trattare, e nell'avvisare quello [che] occorre.

La Certosa di Roma è casa comune a tutta la Religione, et è gratia il potere venirvi a stanziare; nessuno vi si ritiene contro la sua volontà, anzi conviene spesso mutarne per consolare altri, essendo moltissimi che fanno istanza di venirvi; e quei che ne sono partiti, hanno più volte fatto, e fanno, istanza di ritornarvi.

Miscell. Arm. VII. n. 70. f. 80.

3 Martii 1661.

Decreta pro ecclesia et monasterio S. Mariae Angelorum Ordinis Carthusiensis, edita die 3 Martii 1661.

In Altari sub invocatione S. Salvatoris addiditur tertia mappa, et illud decentius custodiat; haeredesque Matthaei Catalani vel de competente dote provideant, vel capella alteri dotare volenti concedatur, interpellatis haeredibus praedictis.

In altari S^{mi} Crucifixi amplietur lapis sacrat^{us}
cum sit nimium angustus, et mappae apponantur
magis mundae.

Praefigatur terminus trium inversum dominis de
Alvaris patronis capellae S. Mariae Magdale
nae ad restaurandas picturas decoloratas et
ferè consumptas, vel novas apponendas, et ad
exhibendum in secretaria sacrae Congregatio
nis Instrumentum dotationis capellae, necnon
alia duo Instrumenta onerum Missarum,
una cum iustificazione adimplementi. Mo
nachi enim affirmant a multo tempore in
ea non celebrari, et ob id tertiam mappam
amovisse ab altari.

In altari S. Hieronymi provideatur ex redditibus
de necessariis suppellectilibus, ac celebrentur
Missae consuetae per Monachos, donec illarum
reductionem a S^{mo} impetraverint.

Adhibeatur Umbella pro Sanctissimo cum processio
naliter deferatur.

In oratione Quadragesima horarum apponatur sal
tem numerus candelarum in Decreto Emin^{mi} Car
dinalis vicarii praefixus.

In octava S^{mi} Corporis Christi circa decentiam,
et expositionis tempus, servetur Statutum Religio
nis; ita tamen ut numerus candelarum au
geatur.

Datum etc. Die 3. Martij 1661.

Miscell. Arm. VII, n. 62, fol. 6^v-7.

[3 Martii 1661]

S. Mariae Mag^{nae} - [sic]

In altari sub invoc.

S. saluatoris addatur tertia
mappa. [etc. ut sup. pag. 153.]

+ S. crucifixi

In altari sub invocatione S.
Petri [sic] amplietur lapis sa-
cratus. [etc. ut sup. pag. 154.]Praefigatur terminus trium
menjium domini de Alvaris
patroni capellae S. Mariae
Mag^{nae}. [etc. ut sup. pag. 154.]

S. Hieronimi

In altari, ~~S. crucifixi~~ [sic],
provideatur ex redditibus de
necessariis suppellectilibus ac
celebrentur missae conjunctae
[etc. ut supra]Adhibeatur Umbella pro S. cum
processionaliter defertur.

[alva mane]

Si è equivocato da questo altare
a quello di S. Madalena, al quale man-
cava la 3.^a Mappa per le cause qui
appresso accennate.Questo altare è tutto consecrato,
e si è parimente equivocato da que-
sto a quello del S. crucifisso.In questo altare mancava la 3.^a
Mappa per causa che in esso non
si celebrano più messe, dicendo li
padroni havere ottenuto licenza
di farle celebrare altrove.Si è anco equivocato da questo
altare, a quello di S. Girolamo.È stato sempre, e sta auco di
presente, nella sacrestia un bel-
lissimo Baldacchino di damasco cre-
mesino, con trine e frangie d'oro,
e si porta con 6. bastoni coloriti
ogni volta che si fa la processione con
il Santissimo; che perciò il controscritto
decreto si potrà suppressere,

In oratione quadragesima horarum
apponatur saltem numerus cande-
larum in decreto Em.ⁿⁱ Card. Vicarii
praeferens.

Il decreto dell' Em.^{no} Vicario dice so-
lamente 11 candele, e 2 torcieri; e
noi mettemo almeno 32. candele,
e 6. torcieri.

In octava s^{mi} Corporis Christi
circa decentiam. [etc. ut supra p. 154]

[nihil]

Ms. Pell. Arm. VII. n. 70, fol. 69-71.

Inventario de mobili della Sagrestia della Chiesa
della Madonna degl' Angeli alle Terme Dioc.^{ne}

= Argentaria =

- Candelieri — — — n. 8.
- Una croce con il suo piede " 1.
- Calici — — — " 6.
- Patene — — — " 10.
- Paci — — — " 2.
- Custodia per le quarant' hore " 1.
- Pisside per il Santissimo " 1.
- Bacino — — — " 1.
- Ampolle — — — " 2.
- Inciensiere con sua navicella " 1.
- Secchiolina con suo aspersorio " 1.
- Bugia — — — " 1.
- Lampade per l'altar maggiore " 2.
- Calici con coppa d'argento e piede
di rame indorato — — " 10.
- Patene di rame indorate — " 6.
- ~~Candele~~ = Ottone, =
- Candelieri — — — n. 24.
- Croci con suo piede " 5.

= Paramenti =

Paliotti solenni, et ordinarij di' varii colori	—	—	—	—	no. 50.
Pianete solenni, et ordinarie di' varii colori	—	—	—	—	no. 55.
Veli di varii colori	—	—	—	—	no. 35.
Luscini per le Messe di' varii colori	—	—	—	—	no. 36.
Goose di varii colori	—	—	—	—	no. 46.
Strato nuovo con quattro cuscini.	—	—	—	—	—

Messali — — — — — no. 16.

= Biancheria =

Lamici solenni, et ordinarij con suoi amitti, e cordoni	—	—	—	—	no. 66.
Corporali solenni, et ordinarij	—	—	—	—	no. 40.
Purificatori	—	—	—	—	no. 150.
Manutergii	—	—	—	—	no. 100.
Scingatori	—	—	—	—	no. 36.
Tovaglie per gl' altari	—	—	—	—	no. 60.
Cotte	—	—	—	—	no. 5.

Ibid. fol. 70.

Reliquiae Sanctorum quiescentium in Ecclesia
S. Mariae et Angelorum apud Thermaf —

Theca numeri primi

De Praesepe Domini.

De capite S. Christophori martiris.

De sancto Calocero martire.

De S. Georgio martire.

De loco ubi Christus sudavit sanguine.

De loco ubi Spiritus Sanctus apparuit apostolis.

De ossibus S. Martirum quiescentium apud S. Anastasium.

De Brachio S. Petronillae virginis et martiris.

Theca numeri secundi.

- De monte calvario.
 De S. Ginesio martire.
 De S. Quirino martire.
 De S. Sepulcro.
 De ossibus Sanctorum quiescentium apud S. Anastasium.
 De S. Quintino martire.

Sunt aliae reliquiae sine nomine.

Theca numeri tertii.

- De ostio monumenti Christi Domini nostri.
 De columna ubi Christus fuit flagellatus.
 De ossibus Martirum, et Sanctorum absque nomine.

Theca numeri quarti.

- De S. Sotero martire.
 De ossibus Ss. Martirum quiescentium apud S. Anastasium.
 De loco ubi Christus fuit unctus postquam depositus fuit
 de cruce.
 De Caenaculo ubi Dominus instituit Sacramentum.
 De loco ubi nata fuit Virgo Maria.
 De loco ubi natus fuit S. Joannes Baptista.
 Et aliae Sanctorum reliquiae absque nomine.

Theca numeri quinti.

- De Brachio S. Hermetis Martiris.
 De S. Bartholomeo apostolo.
 De ossibus Ss. Martirum quiescentium apud S. Anastasium.
 De S. Georgio Martire.

De ossibus S. Zenonis, et Sociorum eius.
Et aliæ Reliquiæ sine nomine.

Theca numeri Sexti.

De veste S. Catharinae virg. et martiris.
De veste S. Caroli Boromei.
De ossibus S. Martirum quiescentium apud S. Anastasium.
De ossibus S. Eulaliae virginis et martiris.

Theca numeri Septimi.

De ossibus S. Martirum quiescentium apud S. Anastasium.
De genu S. Blasii Episcopi, et martiris.
De sanctis Gervasio, et Protasio martiribus.
De menſa Coenae Domini.
Et aliæ sanctorum reliquiæ sine nomine.

Theca numeri Octavi.

De ossibus S. Martirum quiescentium apud S. Anastasium.
Et aliæ reliquiæ absque nomine.

De capite unius Undecim millium Virginum.
De capite S. Viti martiris.

Miscell. arm. VII, to. 62. fol. 8. — 1662, 12 Januarii

Emiⁿⁱ e Rev. Signori.

Avendo la Sagra vigilia ordinato a Gasparo Alverè
oratore humil.^{mo} che in termine di tre mesi restauri

la capella che ha nella chiesa di S. Maria degl'Angeli alle Terme Dioclebiane, per esser stata in gran parte guasta dall'humidità, il medesimo Oratore ha trattato con diversi per adempire la manba dell'EE. VV., ma per cagione de tempi contrarii, et per l'occupationi dello scarpellino, che se n'era pigliato l'assunto, non ha potuto adempire dentro il sopra detto termine, dovendosi tenere qualche modo che resista a detta humidità. Pertanto ricorre dall'EE, VV. supplicandole di prorogargli il tempo comandato, acciò con maggior decoro possa rinvertere in buon stato la detta capella. Et il tutto etc.
 Quas Deus etc.

[a tergo] Alla Sacra Cong^{ne} della Visita
 Per
 Gasparo Alveri Nobile Romano

[al'ia manu] 12 Januarii 1662.
 Data dilafio duorum mensium.

Miscell. Ann. VII, to. 70. fol. 72. — 1586, 14 Julii.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem MDLXXXVI.^{to} Indict. XIV,^{ta} die vero XIV^{ta} mensis Julii, pontificatus .. D. N. Sixti .. Papae V anno eius tertio, in praesentia mei Notarii publici, a testium infrascriptorum .. personaliter constitutus magnificus D^{mus} Gensalvus Alberus Romanus, Regionis Brivii, qui pro sui devotione constructum et aedificari ac ornari curavit in ecclesia divinae Mariae

Angelorum in Thermis Diocletianis sub invocatione
 Divae Mariae Magdalenae [unam capellam] existen-
 tem a manu sinistra dictae ecclesiae introeun-
 do ecclesiam praedictam, sibi concessam a fratri-
 bus Ordinis Certugini [sic] dictae ecclesiae, volens
 dictam capellam dotare, pro dote d^{ae} capellae haec
 infrascripta consignavit, .. pro dote d^{ae} capellae
 ipse d^{mus} Gundisalvus promisit emere tria loca
 Montium Pais .. litterasque patentes dictorum trium
 locorum expeditas in manibus fratrum d^{ae} ecclesiae
 consignare infra triduum promisit .. pariterque
 etiam tradidit et assignat pro dote d^{ae} capellae
 totum id et quicquid ipse d^{mus} Gundisalvus re-
 cuperabit ex legato facto d^{ae} capellae per quon-
 dam D. Ferrantem Alberum eius fratrem, et
 casu quo ex dicto legato non recuperaretur
 aliquid, promisit dictus d^{mus} Gundisalvus infra
 annum ab hodie proximum solvere in manibus
 dictorum fratrum d^{ae} ecclesiae de suo alia scuta 150
 monetae eroganda in aliqua re tuta et fructi-
 fera in beneficium et pro dote d^{ae} capellae .. Et
 quia redditus dictorum Montium Pais sunt scuto-
 rum quinque $\frac{1}{4}$, voluit .. quod dictum quartum
 scuti uniuscuiusque loci assignatum ceuseatur,
 prout ex nunc assignat, pro reparatione et re-
 aptatione tecti dictae Capellae ..

Actum Romae in Regione Columnae in officio meo
 notarii publici infrascripti .. Et ego Antonius .. de Palum-
 bis Romanus regionis Columnae publicus .. Notarius .. [etc.]
 Loco Ant. Signi.

Emin.^{mi} et Rev.^{mi} Signori

A Vincenzo Bardini computista della sacra Visita, li fu ordinato dall' Emin.^{mo} sig. Cardinal Carpegna a riveder l'adempimento delli Legati Pii .. a diverse capellanie, che furono molte da dieci anni addietro. .. Andò dalli Padri Certosini per ordine dell' Emin.^{mo} Imperiali, li quali havevano dato li Conti, li quali non piacendo a sua Eminenza, ordinò all' oratore che andasse, si come andò, a formarne lo stato, si come fece, et ne formò un conto di cinque annate dell' entrate e uscite, si come ne è informato monsig.^r Mareliani..

Emin.^{mi} Signori l' oratore ha fatto con diligenza tutte le sudette cose, narrate con brevità, non ha havuto altro che soldi venti fattili pagare dal l' Emin.^{mo} sig. Card.^l Carpegna, supplica di esser sodisfatto conforme la loro prudenza. Quay dey etc

[tergo:] Alla sacra Congreg.^{ue} della Santa Visita.

Per

Vincenzo Bardini computista della Santa Visita.

24. Novembris 1661.

[calca manu]

Solvantur oratori scuta triginta monetar aequis portionibus, pro residuo mercadis, ab ecclesijs et locis pijs pro quibus labores impendit.

Ibidem. fol. 10.

[1661. 24. Novemb.]

Padre Priore della Certosa di S.^a Maria degli Angeli

per ordine della sacra Visita pagarete scudi cinque moneta a Vincenzo Gardini computista della medesima per residuo di mercede delle fatiche fatte da esso per formare lo stato de' conti di cinque annate dell'entrate, et uscite del monasterio, che con ricevuta saranno ben pagati. Di casa questo di... [sic]

Miscell. Arm. VII to. 62, fol. 9.

[an. 1668. ?]

Sacra visitatione apostolica, sive
Emin.^{mo} et Rev.^{mo} Dno Card. Vidoni.

Romana
pro

Ven.^{ti} Monasterio Cartusiae.

contra

Jll^l ^{numquam} Liberium Ceulum.

facti.

Emin.^{mo} et Rev.^{mo} Domine. Ex Statuto Religionis Cartusianae cavetur quod nulla domus Ordinis pro missis anniversariis, aut alijs divinis officijs ad tempus vel in perpetuum celebrandis, pecunias aut aliud recipere praesumat, aut pro eis domum suam aliquammodo obligare; ut in Summario n. 1.

Cum igitur D. Hieronimus Ceulus in Testamento condito anno 1577 legasset capellae S. Hieronimi a se ut asseruit, sed minus vere, constructae in

ecclesie S. Angelorum [sic] Urbis, ac patribus dictae ecclesiae annua sancta 30 in perpetuum cum one^{re} quatuor missarum singulis hebdomadis certis diebus in eadem capella celebrandis, ... Capitulum Generale anno 1584 mandavit quod pro dictis quatuor missis fieret sola commemoratio; Summa no^o n^o. 2^o.

Anno 1611, occasione dicti legati, fuerunt habita in graduatione creditorum dominorum de Ceulis quinque loca Montis Fidei cum obligatione restituendi prioribus et posterioribus creditoribus.

Et cum imper Juy Ziberius ceulus praetenderet monasterium dictae ecclesiae teneri ad celebrationem dictarum quatuor missarum in qualibet hebdomada, procuravit, ut ipsemet se iactat, ab hac sacra Congregatione decretum, quo cavetur quod in altari S. Hieronimi provideatur ex redditibus de necessariis suppellectilibus, ac celebrentur missae consuetae per Monachos donec illarum reductionem a sanctissimo impetraverint.

Paulo post insurrexit Pev.^{da} fabrica S. Petri, citatoque dicto J. Ziberio, pulsavit monasterium ad docendum de legitima acceptatione dicti legati

Considerantes igitur Monachi huiusmodi altercationibus pro tenuissimo et onerosissimo simul legato conturbari illorum solitudinem et quietem, capellam esse indotatam, et a quamplurimis annis derelictam sine ornamentis, sine vasis, et alijs suppellectilibus, humidissimam, imo nonnunquam scaturientem aquis sub fornice desuper aperto, ventis, frigoribus, et alijs temporis ac aeris iniurijs suppositam,

propter quas causas fundatores alterius capellae ex^{to}.
 [ex adverso.] positae obtinuerunt, ut ipsi asserunt,
 a Summo licentiam similes missas in ea fundatas in
 alia ecclesia celebrandi; his proinde, et alij infra
 dicendis causis declaraverunt, quod ad formam
 dicti decreti Capituli generalis anni 1584 sunt
 parati satisfacere, et adimplere; quatenus vero
 aliquid ultra praetendatur, quia huiusmodi
 praetensio foret in grave praerudicium ipsorum,
 ac dicti eorum monasterii, seu ecclesiae, et Reli-
 gionis, renunciarunt praedicto legato, omnibusque
 eius commodis, et oneribus, ut in Instrumento
 dato in manibus Emin^{mi} Domini mei ponentis,

quia vero his non obstantibus D^{ns} Tiberius
 praefatus adhuc urget, ut monasterium cogatur
 ad praedictum adimplementum quatuor missarum
 in singulis hebdomadis, et super huiusmodi instan-
 tia fiet propositio per Emin^{imum} D. meum Ponentem,
 supplicamus pro favorabili resolutione, scilicet
 declarando mon^{erium} non teneri, et supplicando etiam
 adverti quod ex parte Dⁿⁱ Tiberii sit pariter voca-
 ta Rev^{da} fabrica, quae habet ut supra interesse...

1 sequuntur deduc.
 Liones Caustidici,
 Francisca Liberati;
 uae omittuntur;

H.

Summarium.

N^o 1^o. Ex Statuto Religionis p. 2^a. cap. 24, §. 18. Nulla
 domus Ordinis [etc. ut supra ex ppio.]

N^o 2^o. Ex carta Capituli generalis anni 1584: In domo
 Romae pro quatuor missis Dⁿⁱ Ceuli fiat sola com-
 moratio secundum dispositionem sacri Concilii Tridentini.

[Ex Summario scripturae quae sequitur pro Tiberio Ceuli, quam

exscribere vicum non fuit, etiam quia haud constat quem finem huiusmodi causa habuerit, sequentia tantum defunimus. scilicet:]

Summarium n. 4. Constat de acceptatione Legati ex quo Monaci celebrarunt missas usque ad annum 1666, et apposuerunt onus in tabella.

Fidem facio per praesentes ego Notarius publicus infrascriptus, qualiter die 14. Decembris 1666, coram .. dno Joanne Canoto Vespiquano Iudice Commissario Rev.^{dae} fabricae Principis apostolorum de Urbe, pro Ven.^{ti} monasterio B. Mariae Angelorum de Urbe contra eandem Rev.^{dam} Fabricam S. Petri, in officio d. Niclaus Mercius Procurator .. produxit fidem Sacristanorum Ecclesiae dicti monasterii .. videlicet Io infrascritto fo fede, che il peso delle quattro messe la settimana fondate dal quondam Girolamo Cevoli nella nostra Chiesa di S.^a Maria de gl'Angeli, e cappella di essa dedicata a S. Girolamo, è posto nella tabella solita de' pesi di detta Chiesa, e si sono da un anno incirca che mi ritrovo Sagrestano sino al presente sodisfatte, et in fede ho sottoscritto la presente di mia propria mano questo di 14 Agosto 1666. Io D. Bruno Protumastro Sagrestano di S.^a Maria degl'Angeli. — Et io infrascritto fo similmente fede che nell'anno 1657, 1658, 1659 che esercitai l'ufficio di Sagrestano di detta Chiesa, si sodisfacevano le suddette messe per in fede questo di, et anno suddetti D. Nicolo' Ciampalini mano propria .. In quorum fidem etc. Dat. hac die 12 Martii 1667. Ita est. Petrus Felix Justinianus Rev.^{dae} fabricae S. Petri de Urbe Notarius, in fidem etc.

Summar. n. 6. Subministratio utenfiliium facta per d. Biberin
 { cappellae.

Nota delle robbe fatte per la Cappella di S. Girolamo nella
 Madonna degl' Angeli dal Sig. Tiberto Centi.
 Prima si è risarcito li stucchi, et accommodato il tetto
 che non piova.
 Rifatto la pradella.
 Un paliotto nuovo di corame.
 Quattro candelieri, et una croce di ottone grandi nuovi.
 Un campanello.
 Due candelieri di legno piccoli.
 Covaglie diverse.
 Due torcieri grandi.
 Una credenza ^{nuova} per mettere li bisogni dell'altare.

Arch. Vat. Clemente XI, Governo Spirituale di Roma, to-
mo 12, - L'anno 1715.]

[Dall' indice del tomo sudd.]

- Santa Maria degl' Angeli alle Terme -

Pensiero di far collocare sopra quattro piedistalli
 li quattro gran modelli delle statue degli aposto-
 li fatte dal cavalier Camillo Rusconi, e scolpite
 in marmo per collocarle in S. Giovanni in Latera-
 no. [circa l'anno 1715.]

Ibidem. fol. 178. - Riflessione -

Non sò se degno sia d'approvazione un mio pensiero,
 quale è quello di far collocare nell' insigne
 Tempio di Santa Maria degl' Angeli alle Ter-
 me, sopra 4 proportionati piedistalli li quattro
 gran modelli, alti 18 e più palmi, delle tre
 statue già fatte, e della 4^a da farsi in marmo
 da Camillo Rusconi per S. Giovanni in Laterano,
 essendo tali modelli finitissimi e belli quanto le

1) non è notato
 chi sia l'autore
 di questa rifles-
 sione.
 H.

statue stesse, e degni di non perire. Bisognerebbe però obbligare con belle maniere li padri Certosini a questa non grave spesa di trasporti, di piedistalli e dell'inalzamento, dovendo esser molto contenti, che resti sì ben ornata la loro Chiesa di sì belli simulacri di santi Apostoli, e che siano loro donati. Siccome in hoggi si apprezzano tanto i modelli di bravi scultori già defonti, così questi quattro col tempo havranno stima maggiore, serviranno di studio a chi disegna, e modella, orneranno il sacro Tempio, e saranno di gloria a quei santi Apostoli, che rappresentano; onde etc.

Arch. Vat. Arvizi Vol. 49. [vol. non paginato]

- Roma 13 aprile 1686. -

... È stato dichiarato da sua Santità vescovo d'Avignone il padre Montecatini certosino Generale di quell'Ordine...

- Roma 27 aprile 1686. -

... Avanti li Cardinali Deputati si tenne hier mattina l'etame de' vescovi, tra i quali passò con molta lode il padre Montecatini procuratore Generale de' Certosini eletto arcivescovo d'Avignone.

Acta Consistor. ab an. 1676 ad 91, tom. XIII, fol. 201^t

Romae in palatio apostolico in Vaticano, feria 2^a, die 11 Maij 1686, fuit consistorium secretum in quo sumus domus Noster.

... Preferente Reverendissimo Cardinale Cybo providit Ecclesiae Avinionensi, vacanti per obitum beati Hyacinthi Libelli

ultimi illius archiepiscopi extra Romanam curiam defuncti,
de persona Rev.^{di} patris Alexandri Montecatini, monaci
Carthusiensis, et eiusdem Ordinis procuratoris generalis, fi-
dem catholicam expresse professi, omniaque etc. habentis,
ipsiurque illi in archiepiscopum praefecit et pastorem, cu-
ram etc. committendo, cum reservatione pensionis scu-
torum octingentorum monetae, salvis antiquis, pro perso-
na nominanda, absolvens etc., cum clausulis etc.

In margine legitur: Avenionen, tax. 1850.

{ fructus] 6000 circiter.
gravatur pensione scut. 800,
salvis antiquis, in totum su-
ta 2575.

Avignoni, vol. 49.

— Roma 25 Maggio 1686. —

... Nella chiesa della Madonna degl' Angeli di Bernini
il Cardinal Cybo consacrò per nuovo arcivescovo
d'Avignone monsignor Montecatini procuratore
generale, come si disse, della Certosa.

Vat., Vescovi vol. 76, pag. 65.

— 1688, 23 Marzo.

Emin.^{mo} e Rev.^{mo} sig. Padrone Colend.^{mo}

Se ne viene a' piedi di Vostra Em.^{za} il latore della
presente per supplicarla d'impiegare appresso No-
stro Signore la sua intercessione a fine di sortire
con quel buon esito, che dalla S. Sede spera alle sue
suppliche. Io posso assicurar Vostra Em.^{za} che la
bontà della vita di questo buon servo di Dio ben
merita il suo patrocinio, riuscendo la di lui condotta
di molta edificazione a questa città e diocesi.

Egli serve agl' Ospedali, assiste a' moribondi, catechi-
 za li novelli convertiti che stanno alla campagna,
 et il tutto con gran carità; e sarebbe molto utile
 alla mia diocesi, che molti altri che bramano unir-
 si a lui in simili impieghi, potessero eseguire il loro
 desiderio, il che senza il beneplacito apostolico non
 gli è lecito. Supplico pertanto il sommo reo di Vostra
 Em^{za} di voler appresso Nostro Signore agevolare la buo-
 na riuscita di quest' opera, che riuscirà di gran bene
 a tutto il popolo a me commesso, et alla salute di
 molte anime massime di novelli convertiti. E
 mentre me ne prometto il buon' esito dalla bontà
 di V. Em^{za}, le bacio riverente la sacra porpora.

Avignone li 23 Marzo 1688

Di Vostra Eminenza

Hum^{mo} Dev^{mo} et oblig^{mo} servitore

Fra Alessandro Arcivescovo d'Avignone.

Sottoscrizione
 originale.
 H.

N. B. Dall'altre lettere di questo vol. apparisce che questa let-
 tera deve essere stata indirizzata al Cardinal Cybo, segre-
 tario di Stato. E sebbene non sia in essa nominata la
 persona che raccomanda al med. Cardinale, apparisce
 chiaro trattarsi di qualche nuovo istituto religioso da
 erigersi. H.

Arch. Vat. Miscellanea, Ann. XIII, n.º 134. Copia lettere to. X. f. 23.

Dall'Indice del tomo: = al Padre Mazzacchera Vicario
de' Certosini. f. 23 =

Da S. Stefano del Cacco in Roma.

27 Ottobre 1766.

Il vescovo di Pienza si dice devotissimo servitore
del Rev.^{mo} padre Mazzaccara ^[sic] vicario de
PP. Certosini a Termini, e sapendo quanto sia
benigno verso i poveri, lo prega a voler am-
mettere a ricevere l'elemosine, che la di lui
casa dispensa alcune volte la settimana alle
persone bisognose, il clerico Guglielmi latore
del presente, che è in stato miserabile, e si
trattiene in Roma per trovare a servizio qualche
Chiesa. E nuovamente si dice servitore del padre
Vicario.

Pel Rev.^{mo} Padre Mazzaccara
Vicario de' Certosini a Termini.

Copia di lettera del Procuratore della Certosa in
risposta alla lettera del P. Priore di Brisulti in data
l' 17 Aprile 1782.

Molto V.^o in Cristo Padre Padrone Colend.^{mo}

Per dare un' adeguata risposta alla domanda fat-
tami da V. P. molto ven.^{da}, di volere sapere se sia
per venire a Brisulti una Visita Apostolica, e
se sia una mera diceria, com' Ella crede, da
voce che n'è uscita, ho dovuto, attese le circo-
stanze dell' affare, farne parola a questo Padre
Rev.^{mo}, Padre Procuratore Generale, il quale, affinché
Ella non resti lusingata, come alle volte suole
accadere trà di coloro che volendo fare da politici
nei grandi affari non hanno veruna considera-
zione alle leggi della buona fede, mi ha imposto
di scriverle nella seguente circoscrizione de' suoi
sentimenti, e manifestarle parimente quel tanto
che può essere in sua cognizione. Dice dunque
questo Padre Rev.^{mo}, che il Papa assolutamente vuole,
che la Certosa di Roma venga reintegrata ne' suoi
crediti Camerali, per i quali la medesima spogliossi
delle sue sostanze, e pagò alla Camera Apostolica
i debiti solidali delle Certose, e che avendo sua
Santità veduta l'ostinatezza della Certosa di Bri-
sulti nella costante sua assertiva di pretesa impo-
tenza, ha dato ordine di adoprare quei mezzi,
onde possa cotesta Casa di Brisulti essere in istato
di soddisfare i suoi doveri alla Certosa di Roma,
e liberarsi dall' impotenza. Sua Altezza Reale
Emin.^{ma} il Sig.^o Cardinal Protettore, e gl' Emin.^{mi} Sig.^{ri} Cardinali

Segretario di Stato, e Segretario de' Brevi sono in piena cognizione della mente di Nostro Signore riguardo a tal particolare, e ne vogliono effettivamente l'esecuzione per mezzo d'una visita ordinata dal S. Padre; cotiche restando al Padre Procuratore Generale la libertà di domandarla, non ama egli venire ad un tal passo, se non che dopo averne dati alla Certosa di Brusilbi gl'opportuni avvisi, come intende fare colla presente, affine di potere evitare la pubblica ammirazione, e dopo ancora d'essersi veduto costretto dalla necessità di far valere le ragioni della Certosa di Roma al prospetto dell'evidente mancanza di annui studi quattro mila, e ciò da più anni già scorsi.

Questi adunque essendo i sentimenti di questo Padre Rev.^{mo}, resta a V. P. M.^{to} ven.^{da} il rilevarne quella risoluzione che crederà più giovevole all'epoca del suo governo non solamente, ma ben anche alle circostanze de' tempi presenti. I miei desideri, Carissimo Padre Priore, sono di pace, e non di disturbo, e tali spero che si nutriscano da Vostra Pat.^{ta} molto ven.^{da}, onde di tutto cuore avendo dato questo avviso tanto da lei bramato, e già più volte domandato dal Padre Procuratore Bedini, mi dò l'onore replicarmi coi soliti sentimenti di vera stima ed ossequio, in attenzione di sua desiderabile risposta.

Di Vostra Pat.^{ta} molto ven.^{da}

Roma 27 Aprile 1782.

Umil.^{mo} Oblig.^{mo} Servitore vero
D. Basilio Tranquillo